

37168

Digitized by srujanika@gmail.com





1<sup>a</sup>

37768

daratu tu mydant Alar  
ta u' mendis. ff. devenio su  
lengodex carer. ff. decr. f. 1. v.  
m. alternans. a<sup>2</sup> v. d. s. n. - alia  
ff. a. r. a. z. b. o. a. t. e.

b1616997-7

No canôda-



**C**louus sed precl  
assisimus in poste  
riora analyticā  
Aristotelis  
cōmenta  
rius.

*Auctore P<sup>o</sup> Cuello*

M.D.XX.IX.  
Num. 37. cap. 8.  
num. 8.



*g dela Comt d'Ors de Sab  
y dela libreria*

а  
е  
и  
о  
у  
ы  
э

з

8

Petri Cirueli Darotensis prefaci  
uncula in commentariorum suum super duos  
libros posteriorum Aristotelis.



Vx cum sint partes vel certe præcipue: studiose lector: eius æditionis logice (quam ab Aristotele accepimus) in quibus totus sciendi modus plenissime continetur: prædicamenta videlicet & posteriora: siquidem aliae omnes eiusdem voluminis partes vel ex iis duabus prodeunt vel ad eas ordinantur: hac consideratione illectus: aliis prætermisssis: in hæc duo elucubrations quasdam ædere dignum putau. Nam sicut in categorias (quæ vniuersitatisq; disciplinæ propria scibilia discernunt atq; determinant) olim iuuenis Paraphrasim valde copiosam nouellis logicorum erudiendis tradid: veluti quendam omnium bonarum doctrinarum indicem/atq; epilogum clarissimum: sic demonstratiuam (quam Graeci Analyticam vocant) disciplinam maturiori ætati meæ: hoc est seniori miseri reservauis: in qua iam velut calatum mente tingens obstrusa eius sensa conciliore sermone retegerem: non tam incipientibus quam protectis discipulis: immo & præceptoribus ipsis. Quamuis ergo placuisse aliis studiorum generibus: de rebusq; sublimioribus addicatus: amicorum instance multiplici/ ac quotidianis precibus deuictus: hanc suscepī operam: vel ex eo maxime quod vix reperissem inter tam multos exposidores vnum: qui horum librorum rectam/ certam/ exactamq; intelligentiam calleret. Hinc ete nimi sese offerunt quorundam veterum cōmentaria: mille confusionebus plena: quæ & potius obscurent quam declarant Aristotelis mentem atq; sententiam. Illinc vero recentiorum quæstio- nes levissimæ: quæ & argumentorum ac sophismatum vermis- bus totè scatent. Vtrorumq; igitur incômoda evitare cupiens: me dico quodam atq; expedito calle progrediar: nam & perlucidum cōmentariū ad literam proferam: & dubia vnicuiq; capitī magis idonea: & quæ viro sapiente digna videbūtur: adnotabo refecatis omnia impertinentia quæ neoterici miscuerūt. Verū quia antiqua illa vulgataq; posteriorū æditiō: partim vicio scriptorū: partim etiam translatorū imperitia/ ac somnolētia: pēlrisq; in locis corrumpentes/ ac nimirū a veritate detorta: nouę insup quorūdā editiones post Paraphrasesq; puræ aut Germanæ sunt cōversiones: (nā &

Præfatiuncula.

præter Græcā Aristotelis literā multa addunt: nōnulla etiā detrahunt: vt pote quæ obscuriora eis visa sunt: & alia deniq; ordine euerso posuerūt: quatenus eorū nū quisq; pro captu intelligētis sūc: & ad suū sensum Aristotelē nobis refferret )ad solidiore huius nostri cōmentarii basim: antiquā illā & per vulgatam trānslationē: siue Boettii siue cuiuspiā alterius interpretis: nūc recēter ab eruditissimo in vtraq; līngua Iacobo Fabro Stapulensi recognitam atq; ex Grēco prothoutō emendatā insequar: eamq; expositurus: diuīdam prius vñiquenq; horum librorū per sua capita principalia: et in singulis capítib; nō omnes particulas: sed tātū notabiliores earum fecabo partes. nam minutissimæ illæ diuīsiones prisco rum cōmentatorū īutiles mihi vñsē sunt: & que magis impeditat quam expediant lectors. Hoc insuper in p̄simis omniis huius doctrinæ auditores admoneo: quod meo iudicio ad plenā atq; perfectam huius disciplinæ intelligentiā: non sufficiet studiosum lectorem habere bene correctam Aristotelis literam: nec etiā omnes in eum cōmētarios pariter & q̄stionarios pleguisse: nisi etiā (quemadmodum in aliis sermotionalibus Grāmatica & Rhetorica fieri solet) ex vñ & cōsuetudine aliarum scientiarū: p̄cipue Mathematicarum (que puro demonstrativo artificio ædītæ sunt) singulorū p̄ceptorum demonstratiue docentis veritatem colligāt atq; exanimōstratiue vñtēti: hoc est Phisicę/Methaphysicę/Matesi & aliis scie- tis speculatiuis omnib; cōsona viderint. Huius admonitionis signū certissimum est: quoniā ipse Aristoteles omnia sua (quæ in hoc opere tradit) p̄cepta: aliarum sc̄ientiarū exemplis cōprobat/elucidat/ atq; declarat. Igītur hoc negotium deo auspice acturus: decreui prius glosemata quædam mea: ex adolescentię studiis adhuc apud me recondita & seruata repetere: eaq; cum aliorū expositionibus cōferre: quatenq; vñriora quæq; eligēs ex omnib; vñū elicerē cōmētarīū: brevē quidem atq; concisum secūdū materię subiectę qualitatē: sed plūcidū atq; nifallor p̄clarissimum. Et item modus meo nō arduus aut sublīmis: sed planus: ac humilis: atq; pedestris imitator factus illustrī illorū doctōrū Parisiensis Achademiae: omnīū bonarū disciplinarū parētis atq; magistræ q̄ sapientissimæ: qui cū Ap̄lo Paulo ad ostēsionē suæ veræ doctrinæ nō in p̄suasib; huī manę eloquētię verbis: vt quidā in solo verborū cortice sapiētiam ostentātes; hūc modū censuerūt accōmodatissimum. Vale.

Petri Cirueli Darocensis: in  
duos libros Posterorum  
analyticorum Aristote-  
telis cōmētarius  
ad literam.

A Ccedētes igitur ad litere expositionem: incipiamus a titulo  
libri: qui plurali numero nobis pponitur ad hūc modū.

Posteriora analytica Aristotelis.



**C**onsensu est.  
Pus de posteriori re  
solutione ab Aristote-  
le editi. Hā analysis  
Grecie: reductio vel re  
solutio est latine: qua  
seç effectus reducitur  
ad suam causam: qd  
est in eā resoluti.  
In proposito vero no  
mina cause: et effectus logica sunt et se  
cunde intentionis: ita ut antecedens ar  
gumentationis vocemus causam: et ce  
sequens effectus eius. Dicitur autem hec  
resolutio posterior: in ordine ad eam q  
facta est in duobus libris priorum ana  
lyticorum, i.e. de priori resolutione. Si qui  
dem argumentatio probativa: de qua  
hic Aristote. agere incipit usq; ad finē  
totius sue logicæ: duplice eget resolutio  
ne: id est examinatione: scz consequen  
tie et consequentis earum: prior est reso  
lutio consequentie: qua reducitur ad sua  
principia regulativa: qd sunt dicti de omni  
et dicti de nullo et alia huiusmodi: et hac  
resolutione egerat Aristote. in prioribus  
analyticis: ideo sic dicitur: qd sunt de pri  
ori resolutione. Cōstare vero sā bonita  
te consequentie: secunda resolutio est ex  
aminare veritatē consequentis sue: cōclu  
sione: que sit per sua principia vera: ex  
quisib; ipsa deducitur. Reducere ergo  
conclusionē probandā ad principia cer  
ta et indubitate in sua veritate: est eam  
resoluere: et de hac posteriori resolutio  
ne intendit agere hic Aristote. in duo  
bus libris suorum posteriorum analytico  
rum: id est de posteriori resolutione ar  
gumentationis probativa. Et quāvis in  
libris suorum topicorum dyaleticorum  
idem Aristote. tradidit doctrinā de argu  
mentatione probativa: et presupposta ex  
aminatione consequētie docet probare  
conclusionē: tamen quia non reducit eā  
ad principia certa et indubitate in sua ve  
ritate: sed ad varia principia: et solū pro  
babilius: que et vera et falsa esse possunt:  
ideo non dicitur resoluere conclusionē  
in sua principia. quare rdoctrina illa non  
dicitur analytica. i.e. resolutiva: sed dicit  
dyalectica: id est disertiva: inquisitiva: et  
inventiva diuersorum mediorū ad vñā  
conclusionē: vt patet in primo libro to  
picorum. Et propterea libri illi non di  
cuntur analyticī: sicut libri priori et po  
steriori: si in quibus sit resolutio: tum co  
sequentie: tum et consequentis ad deter  
minata certa et indubitate principia ve  
ra: hoc egregie inveniuit Aristote. in pro  
hemio primi libri priorum. nam inci  
piens.

## Posteriorum analyticorum.

plens tradere analyticam logica dixit.  
Intentio nostra est agere de demonstra-  
tione; que est argumentatio scientifica  
et resolutissima; tam ex parte consequen-  
tie; quam ex parte cōsequētis. **C**er hoc  
ergo titulo patet: quod fuerit intentio Aris-  
toteles. in his duobus libris posterioribus:  
quorū expositioni sub confidētia diuinī  
auxiliū; in hoc opere vacare decrētūm;  
quia intendit nobis tradere artem / vel  
disciplinam logicā de resolutione poste-  
riori. i. de scientifica atq; certissima pro-  
batione conclusionis per sua principia  
vera; hec alio nomine dicitur demonstra-  
tio. i. argumentatio faciens scire cōclusio-  
nem evidenter; et adeo clare et certe; ac  
si quis ad oculū digitū rē dmonstraret.  
Supponamus itaq; subiectum attribu-  
tionis huius doctrine esse demonstra-  
tionem; hec de titulo. Nam vero ad lite-  
ram veniamus culis exordium est.

**C**ontra omnis doctrina & omnis dis-  
ciplina intellectua ex preexistē-  
ti sit cognitione.

Quia vero vi prius diximus Aristote-  
les in principio suorum priorū fecerat  
prohemium pro tota doctrina analytica  
dicens. Primum oportet dicere circa:  
quid et de quo est intentio; quoniam cir-  
ca demonstrationem; et de disciplina de-  
monstrativa et. Ideo in hoc loco absq; prohemio Aristoteles. incipit agere de de-  
monstratione; dicens omnis doctrina.  
et. Verum cōmuniter omnes eius expo-  
sitoris; hoc pūmū caput prohemium vo-  
cat; et non abs re; quia in eo probat Ari-  
stoteles demonstrationis; et discipline  
demonstrativa necessitatem. id est quod  
ad sciendū aliquid necessaria est demo-  
stratio; quod est in primis supponendi  
in hac disciplina. Secundum hos ergo  
Aristotelis litera est diuidēda in prohe-  
mīum et tractatum. prohemium est hoc  
primum caput. Tractatus incipietur in  
capite. sequenti scire autē opinamur et.  
**C**ontra omnis capitis hec erit rubrica.

**C**aput pūmū: primi libri  
posteriorum; quod et prohe-  
mīum eius dici potest: agit  
de demonstratione: et sci-  
entia probans: quod est possi-  
bilis et necessaria homini-  
bus in hac vita.

**I**stequam aliquid dīca-  
mus circa literam Ari-  
stotelis: ex premissa ru-  
brica posset quis moue-  
re questionē contra ma-  
teriam huius capituli. si  
enim nulla sciētia probat sūmū subiectū  
esse: sed supponit illud: quia de subiecto  
oportet in sciētia p̄cognoscī; quia est  
quoniam ergo Aristoteles. in hoc prohe-  
mīo vult probare demonstrationē esse;  
que dicta est subiectū huius sue docri-  
ne. Probans enim eam esse necessariā  
ad habendam sciētia de nouo: probat  
demonstrationē esse: nam questionē quia  
est includit questionē si est: ut infra di-  
cetur: in primo cap. secūdū libri huius:  
et determinata vna determinatur et alte-  
ra. Querere esti virū dīmōstratio sit ne  
cessaria et. Est q̄ si q̄ est: sed q̄ rere  
an dīmōstratio sit: est questionē sciēt.  
**C**ontra hoc dubiū dīci pot̄ breuissime: q̄  
nulla sciētia probat sūmū subiectū esse de-  
mōstrative: pot̄ tñ hoc probare dialecti-  
ca: q̄ ars dialecticā solū ad cōclusio-  
nes et dīmōstratiua: sed etiā ad princi-  
pia sciētia probanda viā habet: ut dī in  
primo libro topicorū. Hec igit probat  
Aristoteles. in hoc loco dialectica est nō de-  
mōstrativa: eodē modo in principio suorū  
Elementorū probat argumentationē sophi-  
sticā esse. Et in p̄mo lib. suorū phisicorū  
probat motū esse: qd tñ est p̄ncipīū in ph̄si-  
ca sciētia: et ita in alijs locis: et libris au-  
torum hoc videre licet frequēter. **A**d  
probādū vero demonstrationē esse neces-  
sarī volētib⁹ sciētia acqrere de nouo  
Aristoteles. tria p̄cipua facit in hoc p̄hemīo:  
et ita erit tres cōptes p̄ncipiales. p̄mo  
enī quādā generale seu cōmune pro-  
positionē p̄mittit: ut p̄ncipīū dicēdo.

uf. s. i.  
Arist. i.  
p̄m. c. 3. te  
3 et p̄. p̄.  
3. 3. tex. 2.

## Caput primum quod & propositum:

Deinde in seba pte ibi duplicitate autem  
Majoris declarationis gratia agit de  
precognitionibus ad acquirendam scien-  
tiā de necessarijs. In tertia vero parte  
ibi. Ante autem quā rē, reprobat Aristote-  
les duos errores contrarios sue intellētio-  
ni predicate. **C**ad probandā ergo demō-  
strationis necessitatē premitur vñlī prin-  
cipium commune dicens. **O**mnis do-  
ctrina & omnis disciplina intellectua; ex  
preexistenti sit cognitione. **S**ensus pla-  
nus est. **O**mnis noticia intellectua (que  
tum doctrina: tum disciplina dicitur)  
de nouo in nobis acquirēda: presuppo-  
nit quandā aliam noticiam in nobis exi-  
stentem: ex qua ipsa intellectua sit sive  
producit in aliquo genere cause. Ita qd  
quicqz vult aliquid de nouo cognosce-  
re per intellectū: oportet qd p̄p̄ habeat  
aliquā aliam noticiam aut intellectuā  
aut sensitivā: que sit prævia noticie acq-  
rende: nam eum qd penitus nihil cognoscet:  
impossibile esset doceri ab ali-  
quo preceptorē: vt ab eo acquereret nouā  
noticiā de rebus. per ea em qd quis no-  
uit (diu inquit Gregorij) quasi manu-  
ducit ad cognoscendā ea qd nō nouit. qua-  
re opus est: discipuli omnē ad scholas  
venientem: ad querendā sibi nouā do-  
ctrinā a preceptoribus: prius seculi affer-  
re quandā alia cognitionē: qua prævia  
doceri possit ea qd dicitur: est de nouo.  
Hoc ergo tamveridicū proloquii pre-  
misit Arist. in capite huius sui libri dicens.  
**A**nd omnis nostra noticia intellectua  
de nouo acqrēda fieri debet: ex alia pre-  
existente in nobis cognitione. **C**habito  
lam sensu claro huius principij: explicā  
de sunt nōnullae particule obscure in eo  
posita. **I**n primis aduertat nouitius qd  
illa cōfūctio. et. vbi dicit oīs doctrina et  
omnis disciplina: est accipēda diuisiue &  
nō cōplexiue: hoc est qd faciat vñlī p̄po-  
sitionē copulatiuā: non vñlī cathegoricā  
de copulato subiecto: huius signi est qd  
vbi sequēs est singulare: sit nō alia plu-  
rale sunt. **C**ōsequēter videre digni est:  
de p̄p̄ia acceptance horū duorum nominis:  
doctrina: & disciplina intellectua. Quid  
enī vulgatissima sint nomina artū et  
scientiarū: qd sunt modo actus modo ha-  
bitus: in proposito tamē cōfūcto: & valde  
generatim accepit ea Aristoteles: scz pro om-  
ni noticia intellectua: sive illa sit cōple-  
xa: sive incōplexa: tamē p̄ncipio: sive quā  
cōclusionū rē. Ut sit sensus qd omnis no-  
ticia intellectua recenter acq̄sita: sit in  
nobis ex alia preexistente cognitione. Ex  
quo sensu manifeste: sequitur qd Arist.  
hic nō loquitur de dubiis noticiis: qua-  
rū altera sit in docēre: & ideo dicatur do-  
ctrina: altera in discēnre: & ideo dicta sit  
disciplina qd fere omnes expositores di-  
cunt: sed loquitur solum de vñla noticia: sci-  
licet qd est in discipulo. Hec enim est qd de  
nouo acq̄ritur: nō autē noticia docēta.  
Ideo hec sit nō autē illa: sed oīm facta  
est. **C**ela siquidē & eadē noticia: puta  
que in discipulo acq̄ritur ex p̄cepto p̄ris  
op̄a: hec duo sortitū notia: & doctrina di-  
citur & disciplina: ad aliud tñ & ad aliud  
relata. dicitur enim doctrina qd est a do-  
cēta accepta: dicit vero disciplina qd est  
in discipulo recepta. quemadmodum  
idem Aristoteles in tertio libro suorum phi-  
losoficō dicit: qd idem motus: puta calefa-  
ctio aque ab igne: statio & passio: sed  
nō eadem ratione sive comparatione:  
sed dicitur actio vt ab hoc: scz igne pro-  
ducta: & passio vt in hoc. idest in aqua  
recepta. vnde correlarie insert in loco il-  
lo: qd actio nō est in agente: sed in patiē-  
te. ergo eadē modo doctrina p̄cepto-  
ris non est in docente: sed in discipulo  
scientiā acquirente. Sed ne videamur  
ista gratis dicere & sine certo fundamē-  
to adseramus exp̄issa Aristotelis ver-  
ba. nam ipsemet Aristoteles in libro il-  
lo inter alia exempla de actione & pas-  
sione hoc ponit exemplum de doctrina  
& disciplina dicens: quod doctio. idest  
doctrina non est in docente: sed in disci-  
pulo recipiente eam: que tamen noticia  
dicitur doctrina vt ab hoc. idest quia  
est ab hoc causata: et dicitur disciplina  
vt in hoc. idest quia est recepta in hoc.

## Posteriorum analyticorum.

Erit ergo clarior sensus huius propositionis primae: qd omnis noticia intellectua: quam quis de nouo acquirit a preceptorre ad sciam: que eadē est doctrina disciplina: sit in eo ex alia prævia cognitione in eo existente. **Sed quare adie**cū Aristotele illam particulam intellectuam: que noticia restringit & contrahit: quasi non sit hec propositio vniuersaliter vera in omni noticia: sed solum in noticia: que est intellectuam? Hoc nimirum sensit Aristotele. in hac sua prelocutione. **N**ō enim verum est: qd omnis noticia noua sit in nobis ex alia preexistente noticia in nobis: quia instantia manifesta est in noticia sensitiva sensus exterioris: que est omnium notiarum prima: & nullam aliam preexistenter requirit: sed omnes alici noticia ex ea proceduntur propterea ergo Aristotele. dicit omnis noticia intellectuam: et non omnis noticia simpliciter. **E**st enim ordo talis generationis in noticiis quas paulatim de rebus acquirimus: nā primo per sensus exteriores homo res sibi obiectas cognoscit: nulla alia preexistente in eo noticia. Deinde ex illa noticia sensitiva exteriori causatur in eo quedam alia noticia sensitiva interior in sensu communivell in hunc imaginativa p species corporales: que dicuntur phantasmatata rerum. Tertio ex illis phantasmatibus intellectu hominis per abstractionem elicet species intelligibiles: qd sunt spirituales & incorporee: quibus res obiectas apud se concipiunt & noticias intellectivas format. Quatuorū omnium prime sunt noticiae in complexe singularium rerum: postea ex incomplexis intellectus format noticias complexas: que dicuntur compositiones & divisiones: id est affirmativa: aut negative propositiones. Demissi vero ex noticiis complexis principiorum procedunt noticie complexe conclusiones per argumentationem: scilicet deueniendo ex notis ad ignota: & ex magis notis ad minus nota. huc ordinem notauit Aristoteles in prohemio sue metaphysice.

Quidam etiam non indocte opinantur in noticiis incomplexis intellectuatis: quemadmodum & in noticiis complexis: alias fieri ex alijs preexistentiis: hoc multis modis: vt alias videri habet. **E**t isto ergo ordine generationis noticiarum clarissima evadit veritas propositionis ab Aristotele premissa: qd licet non omnis noticia simpliciter: tamen omnis noticia intellectuam ex preexistente fit cognitione. Acquiritur vero in homine noticia intellectuam de nouo tribus modis. Primo per propriam vniuersitatem intentionis: tunc preceptor docens est ipsemet intellectus cu obiecto. Secundo per visum & librorum lectionem: tunc preceptor docens est liber lectus ab homine libri enim preceptorū vices habet apud nos. Tertio modo & communius per auditum: t per voces preceptorū docentium. Et quocunq; istorum modorum omnis noticia intellectuam: que de nouo in homine acquiritur: ex preexistente fit cognitione. **Sed qd** forsan non auditor: quoscum tendit Aristoteles per hanc suam vniuersalem propositionem sic absolute positam: vel quomodo facit ad propositionem suū quo doctrinā demonstratione nobis pollicetur in hoc opere? Sane quidem apertissimum est huius proloquij exordium ad suū propositionem. **D**iximus enim ex omnī expposito rū consensu: qd in hoc primo sui libri capite intendit probare: qd demonstratio est hominibus necessaria ad scientię acquisitionē de nouo. est enim demonstratio argumentatio quedā: omnis vero argumentatio procedit ex preexistente cognitione antecedentis ad habendā cognitionem intellectuā consequētis: ergo omnis intellectuā cognitionē aquirenda est ex preexistenti cognitione: sequitur qd illa noticia conclusio: que scientia dicitur: fit per argumentationem ex noticia antecedentis preexistenti. huiusmodi autem argumentationē: scilicet generativā scientie demonstrationē appellant omnes. ergo ad scientie acquisi-

## Caput primum quod & prohemium.

tionem necessaria & utilis est demonstratio. **C**onsuevit enim Aristoteles in primis eius Augustissimorum operum sudorum exitu a quibusdam universalibus propositionibus: que in sua veritate sint patentissime: et ab omnibus concedendae veritati proloquia certissima: quatenus statim in vestibulo operis intentionem suam insinuet. sic enim in principio sue metaphysices: hoc proloquiti posuit. **O**mnes homines natura sciare desiderant. Et in exordio ethices sive moralis scientie. **O**mnis ars omnisque doctrina similiter et actus: et electio boni quoddam appetere videtur. Et in prohemio suo physico: ita orditur. Circa oen scientias quae sunt principia cause: et elementa: intelligere et sciare semper contingit ex illorum cognitione previa: et illi persimilis est hecnostra propositio presumpta: nam in verbis: quam in sensu verborum: scilicet quae scientia conclusionis sit semper ex preexistente cognitione suorum principiorum. Et in omnibus predictis libris Aristoteles consuevit suam exordialem propositionem inductione declarare et confirmare. Est enim inducio: ut in secundo libro priorum dictum est: declarativa principiorum sicut sillogistica conclusionis. **C**habita ergo summaria huius nostre propositionis intelligentia: veniam ad inductionem: qua Aristoteles eam instituit confirmare ac declarare. **O**stendit enim eius veritate inducendo per omnes artes et scientias autorum. nam omnes ille hoc commune habent: quod per prius nota faciunt doctrinam suarum conclusionum: quia cum hec propositio sit regula quedam logica: debuit eam Aristoteles probare et communis visu ariatum et scientiarum. Et enim collecte sunt omnes regulae disciplinarum sermonarium: scilicet ex visu atque auctoritate veterum sapientum. Ut ergo.

**C**Manifestum est autem scilicet. Hoc nostrum principium esse verum: speculantibus. id est considerantibus nobis in omnes. id est per omnes artes et

scientias: quod est inductionem facere. nomine enim speculationis hic large accipitur pro consideratione et investigatione huius veritatis per omnes artes et scientias. nam proculdubio non omnes scientific sunt speculative: sed quedam earum practice seu operative. Inducere autem volens Aristoteles per diversa genera scientiarum: incipit a disciplinis mathematicis: que in suo modo procedendi sunt omnium artificiosissime: et ut commentator Buerrois dicit in secundo libro metaphysices: sunt in primo gradu certitudinis: quia pure demonstrative procedunt: ideo in eis doctrina demonstrativa: quia hic profiteri volumus redditur quam manifestissima. Unde ait.

## C Mathematice enim scientiarum.

Id est quae sunt de numero scientiarum: immo et certissime scientiarum. hoc est scientie mathematicae/ et arithmeticæ/ geometriæ/ et aliae: per his modis sunt. i.e. traditum a preceptoribus: per hunc inquam modum dicitur in propositione premissa. Nam conclusionum noticiam docent premittentes noticiam principiorum immediatorum per quod probari habent: immo ante noticias complexas principiorum prelibant noticias incoperatas terminorum. hoc est: divisiones et divisiones vocabulorum ex quibus formant suas propositiones: sive sint principia sive conclusiones: quare in mathematicis disciplinis nostra propositione vera est: quod omnis noticia intellectiva sit ex preexistente cognitione. similiter etiam hoc facit viaqueque alias ariatum et scientiarum: quoniam non omnes ille ita exerceat ac scire procedant in suis probationibus sicut scientie mathematicæ: quia in eis rare sunt demonstrationes: et pro maiori parte arguit dialectice ad probandas suas conclusiones: nihilominus tandem semper procedunt ex preexistenti cognitione. Procedens ergo Aristoteles in sua inductione post mathematicas transit ad alias scientias dicit.

## C Similiter autem & circa.

## Posteriorum analyticorum.

Supple se habet hec veritas in alijs artibus & scientiis: que non ita demonstrative procedunt in suarum conclusionis probationibus, nam earum quedam procedunt dialectice, ut physica/methaphysica/medicina et cetera. Et de his dicit,

**C**Similiter & circa orationes, id est rationaciones dialecticas: que per sillogismi & per inductionem procedunt in suis probationibus, vix enim argumentationis predictarum per prius nota principia faciunt doctrinam in discipulis, id est noticiam de ignotis, he qui dem, i. sillogismi faciunt noticiam conclusionis accipientes, id est acquirentes eam tanquam notis: scilicet principijs, quia principia argumentationis dialectice: licet non sint per se nota aut in sua veritate certissima, sunt tamē notiora conclusione probanda, ille vero, i. inductiones procedunt a notioribus demonstrantes, id est notificantes universalis principijs scientie per id quod ad sensum manifestum est singulare, inducio enim a singularibus per sensum & experientiam notis procedit ad propositionem universalē: que est principiū artis & scientie, ut infra videbitur in fine secundi libri huius. Alio vero scientie non demonstrative procedunt in suis probationibus rhetorice, ut ethica/politica/suridica de quib⁹ addit.

**C**Similiter autem & rhetorice, supple scientie persuadent, id est persuadendo magis quam convincendo probant quod intendunt, et iste procedit per enthymema, et exemplum de quibus ait: aut enim per exempla quod est inducio: aut per enthymemata quod quidem est sillogismus. Stapulensis sequens Themistium dicit: hec verba accipiēda esse in analogica adhunc sensum, quod est apud dialecticos inducio: est apud rhetores exemplum, et quod est apud dialecticos sillogismus: est apud rhetores enthymema, quia cum rhetorica in suis argumentationibus sit consecutiva dialectice: ad illas propositiones probandas assert rhetor exemplum: ad quas dialecticus

inductionem, et illis applicat rhetor enthymema: quibus dialecticus sillogismus, non enim tam efficax est argumentatio rhetorica sicut dialectica: propter subiecte materie minorum constatiam: quia moralia minus certa sunt quam phisica: aut methaphysica in sua veritate ideo instrumenta argumentationis rhetorice debiliora sunt instrumentis dialecticis, quare Faber iste in sua interpretatione abstulit illam particulam vere vel fere a textu et posuit quod quidem est sillogismus. Sed alii expositores fere omnes: sive antiquiores: sive recentiores hunc locum ad alium sensum trahunt dicentes, quod exemplum est inducō diminuta vel truncata: et similiter quod enthymema est sillogism⁹ imperfectus & truncatus. Unde quod in litera antiqua dicitur: enthymema est sillogismus vere: dicunt isti corruptā esse litteram ex virtute scriptoris: qui posuit vere pro fere, vt si eorum sensus, enthymema est fere sillogism⁹: et exemplum est fere inducō. Mihi autem verissimius fit prior expositio: num quia Faber callet literas Hrecas et in extu Greco negat inuenit vere neq; fere: tum etiam quia Aristoteles intentio est probare quod similiter argumentationes rhetorice probant prius nota ad sensum vel ad intellectum, nam exemplum per prius notum ad sensum probat sicut inducō: enthymema vero per prius notum ad intellectum sicut sillogismus, quare exemplum in rhetorica est ut quedam inducō dialectica: et enthymema rhetoricum ut quidem sillogismus dialecticus. Poterat ergo ex predicto discursu inducō per omnes artes & scientias quod prelibata proposicio universalis est verissima: quod omnis noticia intellectua sit nobis ex preexistēti cognitione: quia in omnibus artibus et scientiis autores hunc modis docendi habent: scilicet ex precognitis. Tercium circa hanc inductionem ab Aristotele factam per omnes artes et scientias non videtur mihi dissimulatum

## Caput primum quod & prohemium.

Aus unus cōmūnis error multorum lectorum atq; cōmentatorum: qui tamen processit ex ignorantia vocabulorum in litera posteriorum, dicunt enim quod in hac inductione. Aristotele incepit a scien-  
tia realibus mathematicis: et ad finem deuenit ad scientias sermonationis dia-  
lecticam & rhetoricae, dialecticam in-  
nuit per hoc: quod ait similiter & circa  
orationes: postea similiter & rhetorice  
et. Sed isti profecto aberrant, quia: ut  
Inexponeo diximus: tota inducione Ari-  
sto, facta est in scientiis realibus, nam ca-  
rum quedam procedit artificio dem-  
onstratiu: alie dialectico alie rhetorico &  
omnes illi modi procedendi: hoc habet  
cōmūne quod docent suas cōclusiones  
ex precognitis siue ex preexistēti cogni-  
tione: quare illa duo vocabula literae  
dialectica & rhetorica: non sunt accepta-  
lia ab Aristotele pro artibus docenti-  
bus illos modos arguendi: sed pro arti-  
bus & scientiis videntib⁹ eis: et ille sunt sci-  
tie reales pro maiori parte, voluit enim  
Aristoteles ut prius diximus: suam re-  
gulam logicam et sermonale proba-  
re veram per cōmūnem usum scientiarum  
realium, Nam si de dialectica do-  
cente similiter & de rhetorica docēte in-  
tellexisset: proculdubio demonstratiu-  
m docentem etiam expressisset: nam  
& illa certius & verius alijs docet preco-  
gnitiones necessarias ad scientiam ha-  
bendam, hanc autem non expressit, Er-  
go sua intentio fuit facere inductionem  
per scientias reales: q̄ vniuntur illis mo-  
dis arguendi: huius etiam signum est  
quia Aristoteles omnes scientias rea-  
les ad tria membra reduxit, quia non  
sunt nulli tres modi argumentationis pro-  
bativ⁹: scilicet demonstratiu⁹, ut ma-  
xime patet in mathematicis: dialecti-  
cus in scientiis realibus speculatiu⁹: ut  
physica & metaphysica: & rhetoricus in  
scientias realib⁹ practicis: ut ethica/po-  
litica/ & iuridica: que & legis positiva di-  
citur, hoc etiam modo arguendi rho-  
tico videntur sacra scriptura Biblic: tam

In veteri: quam in novo testamento, et  
omnes sere antiqui doctores Ecclesie  
artificio rhetorico in suis opusculis pro-  
cesserunt, vt Augustinus contra Faustum:  
Hieronymus contra Iouinianum:  
Hcluidium: & Vigilantium et. Hacten⁹  
ergo de prima parte huius prohemii  
ex qua satis manifeste constat que fue-  
rit intentio Aristotelis in his duobus li-  
bris suorum posteriorum: scilicet trāde-  
re nobis artem de argumentatione de-  
monstrativa. Et in primis circa de-  
monstrationem absolutum questionem: si  
est probando demonstrationem esse ne-  
cessarium ad acquirendam scientiam, & ex  
dictis eius in hac parte, potest hec ratio  
probativa formari, ¶ Quicquid volens  
scientiam de nouo acquirere: indiget alia  
prævia noticia ad eam acquirendam: il-  
lo indiget demonstratione: sed omnis  
talis indiget prævia noticia: ergo indi-  
get demonstratione, quare demonstra-  
tio est necessaria ad scientiam acquiren-  
dam: cōsequētia est bona in primo mo-  
do prime figure, et minorem probavit  
Aristoteles dicens: qđ omnis noticia in-  
tellectu⁹ et, vt patet discurrendo per om-  
nes scientias: sed maior de se nota est, da  
demonstratio est argumentatio proba-  
tiva conclusionis per certitudinem ex præ-  
via noticia principiorum certissimorū.  
Ex qua probatione etiam sequitur ma-  
nifeste quod est necessaria nobis: que-  
dam doctrina logica que natura & pro-  
prietates demonstrationis nos doceat,  
et illam in hoc opere tradere intendi-  
mus. Patet ergo intentio Aristotelis  
in hoc opere.

## C Secunda pars de p̄cognitionib⁹

### ¶ Dupliciter autē necessariū est p̄cognoscere &c.

Ex eodem principio prime partis de  
precognitioni cognitione occurrit neces-  
sitas: ut de precognitionibus requisi-  
tis ad demonstrationem disseramus, et  
qua huius vocabuli diffinitio ex predi-

## Posteriorum analyticorum.

atis potest esse manifesta. (Et est eis pre cognitio p̄sistēs cognitio) statim ordi tur Aristoteles ab eis divisione in duas spe cies dicens. quod dupliciter est necessariū precognoscere aliquā scilicet volentem habere scientiam per demonstrationē. Hoc est duo sunt genera precognitionis. necessariū ad demonstrationē que sunt due species in quas hoc genū precognitionis diuiditur immediate: scilicet precognitionis qā est: vel (ut Stapulensis ait) q̄ est. et precognitionis qid est. Has species explicans Aristoteles subdit.

**A**līa nāq. i. quedā: quia sunt prius opinari: id est precognoscere ne cessē est demonstratōrem: alīa vero quid est quod dicitur: scilicet per nomē intelligere oportet: quedā autem vīraq̄ id est vīraq̄ modo simul sunt precogno scenda. Sensus clarior: quedā assumū tur in demonstrationē scientificā de qui bus opus est discipulum docēdūm an tequam fiat demonstratio: precognosce rē: quia est. Alīa vero de quibus est ne cessariū eum precognoscere quid est quod dicitur. Et rursus sunt qdā alīa de quibus vīrūq̄ horum simul est pre cognoscendum: scilicet quid est: et quia est. Hec autem verba opinari/intelligere et alīa quedam: hic indistincte comū niter et confuse sunt accipienda: scilicet p̄o cognoscere quoctigmodo. **S**ed ad maiore huius literē explicationē ad uerte: qd̄ hec duo complexa: quid est: et quia est: sunt incompletae accipienda: et (ut cōmunes expositores dicunt) in ge nūio casu: quia reguntur ab illo nomi ne precognitionis adhuc modum: precon gnitio ipsi⁹ quia est: et precognitionis ipsi⁹ quid est. ergo opus est hos duos genitiuos declarare. Sed alterum eoz ipse Aristoteles statim declarans dixit: quid est quod dicitur: scilicet per nomē inde monstrationē positi⁹: id est qd̄ in primis vocabulorum significaciones cognoscā tur: hoc sive per distinctionem quid no minis: sive aliquo alio modo. et hoc est cognoscere: quid est: quod dicitur ad-

cente: vel que res significatur per nos cē eius. Et itaq̄ precognitionis quid est: cognitio significatiōis cuiuslibet voca buli īdemonstratiōne positi⁹: que preūia esse debet antequam formetur demon stratio probatiua conclusionis. et loqui tur hic Aristoteles de quid nominis: nō de quid rei, nam diffinitio qd̄ rei est que stio scibili⁹ et per demonstrationem de terminabilis: ut infra libro secundo hu ius ostendetur: sed quid nominis est pre cognitionis et principium demonstrationis valēs ad determinādā questionē si est. vt illie videri habet. **S**ed genitius da est: non ita clare explicatur in textu Aristoteles. Insimilat nihilominus varia cius acceptio: scz in terminis et in propositionibus: ita vt quia est in terminis in complexis videatur ad suppositionem eorum referendum. id est precognoscere: que est res quam terminus signifi cat: sic quod terminus pro ea supponere possit: quasi habēs significatum sibi correspōdēns pro tempore verbi cui ad iungit ille termin⁹. **S**ed quia est pro positionis videtur esse intelligendū de veritate propositionis. id est precognoscere q̄ propositionis q̄ assumitur īdemō stratione sit vera: immo et certissima in sua veritate. Possent tamē isti duo mo di precognitionis quia est: una diffinitio ne comuni sic declarari: scilicet pre cognoscere qd̄ vera sint ea que assumuntur īdemonstratiōne: vera in qua: id est qd̄ ita res se habeant: sicut ipsa signifi cant: sive completae sive īcōplete: et hoc est terminos pro aliquo supponere: et propositiones veras esse. **C**ad clariorē tamen intelligentiam harū precognitionis Aristoteles subdit exempla de obiectis earum. id est de precognitiis vel poti⁹ precognoscendis dicens.

**V**t quoniam omne quicquid. Scilicet predicati⁹: aut affirmare: aut negare de quolibet subiecto verum est: dicitur precognitionis quia est in propositionibus. Sensus est qd̄ prescire: et hec propositionis sit vera: quodlibet predictū

## Caput primum quod & prohemium.

de quolibet subiecto aut affirmatur aut negatur: est precognitio quia est: quando assumetur in aliqua demonstracione, et ipsa proposicio esset precognitionis quia est.

**C** Triangulum autem quoniam hoc hoc quidem, id est hanc rem significat: dicimus precognitionis quid est.

**C** Sed unitatem utramque.

Id est utroque modo precognitionis dicimus, id est quia est et quid significat. Exempla sunt in variis scientiis. Primum in Metaphysica. Secundum in Geometria. Tertium in Arithmeticā. Et videtur hec exempla difficultas communib[us] exposito rībus: ut regula ipsa sit caput facilior quam eius exempla. Volentes ergo exempla ista declarare: dicunt quod ut Aristoteles infra cap. viii. huius libri notauit: tria concurrunt in omni demonstratione: subiectum: passio: et dignitas: large accipiendo nomen dignitatis pro premissa sillogissimi demonstratiui dicunt ergo quod hic Aristoteles posuit exempla de his tribus. Nam primum exemplum est de dignitate, ut quoniā omne affirmare: aut negare. Secundum est de passione, ut triangulus. Tertium exemplum est de subiecto: ut unitas, unde elicuntur huius scilicet huius loci, de dignitate opus est precognitione quia est, de passione quid est, et de subiecto quia est: et quid est. Et ita ex hoc exemplo de unitate solent elicare hoc vulgarissimum proloquium, quod in qualibet scientia oportet de suo subiecto precognitione vel supponere quid est: et quia est. Ille est communis modus exponendi huius locum estque modus pars eorum quod aristotelis quem etiam sequuntur recentiores. Mihil autem procul dubio videtur: quod ista expositio exemplarum Aristotelis auger difficultatem sine necessitate: et potius obscuram quam declarat textum, quod non erit difficile ostendere in ipsiusmet exemplis, nam primum eorum: ut quoniā omne affirmare. Tercium: unquam intrat demonstrationem, ut ex-

presse: dicet Aristoteles infra cap. viii. non contingere autem tamen. Ergo illa proposicio nunquam est premissa assumenda in demonstratione: de qua oportet precognitione quia est, precognitiones enim non sunt nisi eorumque assumuntur in demonstratione, hoc est trium terminorum et duarum premissarum. Item dubium est satis inexplicabile: quomodo triangulus sit passio alicuius subiecti? si militer dubium est cuius passionis unitas sit subiectum? Super his dubijs laborauit Egidius Romanus valde curiosus et nescio an satis doceat, de illa enim dignitate: quoniam affirmare tamen nihil respondit: quia nihil recte potuit: cum nullius demonstrationis possit esse premissa. De alijs duobus contendit proba res quod triangulus sit passio unitatis: que est subiectum eius. et hoc in eadem demonstratione puta arithmeticā: quod probaret hanc conclusionem unitas est triangulus, ait enim Boetius in secundo libro sue arithmeticē, quosdam numeros esse triangulares: et dicit quod unitas est prima triangulus habet unum in quolibet lateri tamen. Sed profecto nulla dabitur arithmeticā demonstratio cuius premissa sit illa proposicio: omne affirmare: aut negare. Tamen aut cuius conclusio sit hec: unitas est triangulus, immo videtur: quod illa non sit demonstrabilis. Propter circa alij expositores rectius tenent: quod hec tria exempla non sunt eiusdem demonstrationis, immo neque eiusdem scientie: sed ut diximus: primum pertinet ad Metaphysicā: secundum ad Geometriā: et tertium ad Arithmeticā, consentientiam tamen isti. Egidio in hoc quod primum exemplum sit de dignitate: secundum de passione: et tertium de subiecto. Mihil autem videatur etiam hoc esse impertinens ad propositum Aristotelis: qui in hoc loco non expressit hec tria nominata dignitas passio et subiectum: que tamen expressit infra in cap. viii. et. xi. huius libri. Cum enim hic loquatur adhuc confusa de demonstratione et solum in gene-

## Posteriorum analyticorum.

re: non solum voluit determinate dicere ex quibus aut terminis aut propositiōnibus constituantur demonstratio: sed solum cōfuse dixit qd̄ antequam fiat demonstratio oportet discipulis quedam precognoscere de his que assumuntur in demonstratio: r̄ reduxit ea ad duo mēbras: scilicet /quid est/ de terminis: r̄ quia est/ de terminis r̄ propositionibus. Et d̄clarare volens precognitiones per sua obiecta addidit exempla tria. unum de propositione: r̄ alia duo de terminis incomplexis: nec dixit qd̄ triangulus esset passio aliqui⁹ subiecti: r̄ qd̄ unitas esset subiectum aliqui⁹ passionis: sed hoc ita exponere est difficultatē non necessariā augere: scilicet vt queram⁹ cuius subiecti passio sit triangulus et cuius passio nis unitas sit subiectum. nam hoc esset a propositione Aristotelis diuertere psc̄tias reales ista inquirendo. Erit ergo meo iudicio hui⁹ loci hic sensus plan⁹ r̄ facilis: qd̄ duo sunt genera precognitionis pertinēti ad demonstrationē: scilicet /quia est/ r̄ quid est. et similiter duo sunt genera precognitionis: scilicet propositiones r̄ termini⁹que in demonstratio: nē assumuntur. r̄ qd̄ precognitionis /quid est/ r̄ termino⁹ incomplexo⁹ si: siue sint subiecta siue predicata vel p̄fessiones tam in premissis quā in conclusione. precognitionis vero /quia est/ potest esse terminorū r̄ propositionum: eo modo quo superiorius declaratum est. quare exempla de precognitionis que Aristoteles posuit: quāvis non sint aliqui⁹ vni⁹ demonstrationis aut vni⁹ scientiarū tamē satissimis suo proposito: quo precognitionis voluit declarare. Posuit enim vnam propositionem perse notam (sive ea logica sit sive metaphysica iuxta varias commentatorum phantasias) ad declarandum obiectū precognitionis /quia est/ incomplexorum: ac si appertius dixisset: si eut de hac propositione: quoniam omne quidem affirmare aut negare versu⁹ est: habemus certitudinē clarissimā siue veritatis: ita oportet r̄ de premissis dēmo-

strationis cuiuslibet qd̄ habeat demonstrator certitudinē evidentem. Deinde posuit hoc nomē triangulus sive sit arithmeticum sive geometricū: nec sit cura si est passio aut subiectum: ad declarandum obiectum precognitionis /quid est/ quia sicut mathematicus de hoc nomine precognoscit quid est qd̄ dicitur p̄ ipsum: ita opus est demonstratorē quē libet candem precognitionē habere de quolibet termino in sua demonstratio: ne posito. Tertio Aristoteles posuit hoc nomen unitas arithmeticum ad declarandum obiectum precognitionis /quid est/ incomplexorum. verū quia de quo cunq̄ termino in demonstratio: posito precognoscere oportet quia est: de eo dem est precognoscendum et quid est: sed non econtra: ideo Aristoteles dixit: sed unitatē viraq̄. ac si dixisset sicut arithmeticā devenititate precognoscit quia est: ita etiam et demonstrator quilibet in qualibet scientia de omni termino quem de alio non demonstrat debet precognoscere quia est. et etiam quid est. Dixi notanter quem de alio non demonstrat: quia si terminum de alio demonstrat: iam probat eius quia est: et non opus est de illo vt precognoscit quia est: sed solum quid est. Ad hāc exceptionem innuendam Aristoteles addit clausulam.

**C** Nō enim vnuquodq̄ horū: scilicet obiectorū est nobis similiter manifestum: quare nec similiter precognitionis ante demonstrationem. nimis r̄ ergo si non omnīs incomplexoris posuerimus precognitionem quia est: scilicet vt per hoc innueremus quod nō omnīs terminorū ciudē demonstratio: nē aut scientie sit necessaria precognitionis quia est: quia nō de predicato cōclusonis que est maior extremitas: nā demonstratio probat et non presupponit eius quia est. minoris vero extremitatis r̄ medi⁹ termini simul qd̄ est r̄ quia est precognoscit demonstrator: nec probat

## Caput primum quod & prohemium.

**P**reco  
gnitioz  
diuilio.  
**D**ue  
opinio  
nes: pri  
ma.

**A**nte autem quā ad sequente litera trāscamus: circa predictas precognitiones et eaꝝ obiecta precognita: est aduer tēndū qđ varij auctores tam varia dixerunt in suis cōmentarijs et qđ s̄tioribus: qđ omnia recēdere forſitā non fieret satis curioso lectori. Ex multis tamē modis: ego duos notabiliores proferā. Et qui dem qđ precognitionū diuisione in duas species: qđ est: et qđ est: atq; de subdivi sione qđ est in duas alias. s. quia est p suppositione: et qđ est pro veritate: satis dictum est. Sed de diuisione precogni tionum vñctius differamus. est enim du pler precognitū saltem remoto: alterū est termino: alterū propositio. Item ter minus in demonstratiōne est triplex: scilicet due extremitates et medium. et in de monstriatione p̄fissima maior extremitas dicitur passio que demonstratur: et minor extremitas est subiectū de quo il la passio demonstratur. medius terminus est ille in quo duc extremitates vñntur. Propositio vero p̄cognoscenda in demonstratiōne est duplex cathe gorica videlicet et hyppotetica. iterum cathegorica duplex: scilicet maior premissa que et propositio propriæ dicitur. atq; minor premissa: qđ sūl assumptio/tū et subsumptio dici solet. Hyppotetica de mūm in demonstratiōne propositio est rationalis aut conditionalis: quā et bo nitate cōsequentie dicere solent. De precognitionis ergo inter varios dicendi modos sunt duo rationabiliores. Primum est antiquior et cōmunior: scilicet quod precognita sunt ea que enumera ta sunt obiecta precognitionum imme diata: puta termini et propositiones. Ita qđ in precognitione quid est: et in pre cognitione quia est p̄ suppositione obiectum precognitum est terminus inco plenus. vt triāgulus vñtas &c. Sed pre cognitionis quia est: p̄ veritate obiectiū precognitum est complexum. idest vna integrā propositio: ut omne predicatiū de quolibet subiecto affirmatur vel ne gatur: vel ut R̄ominales dicunt quod si

bet cum quolibet vel oppositum eius stat. Secundus modus est recentior et subtilior tenens quod omne obiectum precognitionis immediatum est complexum. ita ut omnis precognitio sit al sensus aliquiū propositionis: que enunciat de termino vel propositione preco gnoscēda. puta qđ precognitionis quid est obiectum sit hec propositio. Hic ter minus accipitur pro illa re: vel rem illam significat. Et similiter precognitionis quia est: termini obiectum sit hec propositio. res significata per istum terminum est vel esse potest. vel iste terminus supponit p̄ re quam significat. Et precognitionis quia est: propositionis obiectum sit hec oratio. ista premissa est vera. Et iste modus videtur magis con formis verbis Aristotelis. nam in p̄simo suorum exemplorum ait. vt quoniam omne affirmare aut negare verum est: est quia est. idest obiectum precognitionis quia est propositionis: est illa propositio que enunciat ipsam verā esse. eadem ratio est de aliis duobus exemplis. nam de triangulo dicit: quoniam hoc significat. et de vnitate simili ter. quod significat quid est / et quia est. Quis autem horum modorum sit rationabilior viderint questionariū do ctores. quamvis meo iudicio vñctus eorum verus sit. Primus enim declarat obiectum remotum precognitionis. Secundus obiectum propinquum et immediatum. Sequitur in textu.

**E**st autem cognoscere alta quidem prius cognoscētēm &c. vbi Aristoteles dimissis precognitionibus terminorum: vult amplius de propositioni precognitionē disputare maxime de illis que in demonstratiōne sua muntur. Sed variat expositores circa sensum huius clausule. dicunt enim cōmunes et triūfissimi tam cōmentatores quam questionariū. quod in hoc loco Aristoteles comparat notias p̄missarū ad noticiā cōclusionis in vñctu

## Posteriorum analyticorum.

stratione. **C**ui enim dictū sit q̄ antequā habetur scientia conclusionis oportet precognoscere premissas esse veras: ad dicit itunc Arist. quod altera premissarum scilicet maior: prius tempore cognoscitur esse vera quam sciatur conclusio: altera vero scilicet minor: simul tempore cum conclusione cognoscitur: quānis tam ista quam illa premissa prius natu ra cognoscatur vera ipsa conclusione. hoc est ergo quod ait. **E**t autem suple necessarium vel est. i. contingit: alia qui dem cōplexa prius cognoscere cognoscēt. i. demonstrantem ad habendā cognitionem conclusionis prius inquā tempore quam cōclusiones. et iste sunt maiores propositiones sillogismorum: quorundam vero aliorum complexiorū contingit simul scilicet tempore accipere noticiam & conclusionum. et iste sunt minores propositiones sillogismorum. de quibus subdit. ut quecūq; continentur esse sub vniuersalib; i. maiorib; premissis: quarum iam habet cognitionem: scilicet prius tempore. Addit exemplarem declarationem in una demonstratione geometria. ut omnis triangulus habet tres angulos euales duob; angulis rectis: sed ille q̄ est in semicirculo super diametrū collocatus (cuius etiam angulus oppositus est in circuferentia circuli) est triangulus. ergo ille habet tres angulos euales duob; rectis: quānis huius demonstrationis claram intelligentiam atq; efficaciam declarare nō sit op̄ negocij prefentis. supponat ergo hoc a Geometris. de maiore itaq; huius sillogismi. p̄positiōe. ait text⁹.

**C**Quod em̄ omnis triangulus habet tres angulos euales duob; rectis: presciūt demonstrator. idest prius tempore cognoscit antequā concludēt. de minore vero premissa eius subdit.

**C**Quod vero hic.  
qui est in semicirculo triangulus sit: simul inducens. idest inferens conclusionem sciret. de minore vero premissa eius subdit.

sionem cognovit. idest simul tempore cum conclusione. potest etiam expositiō. simul inducens. i. cognoscens minorēt esse veram per inductionem sive per experientiam sensitivam simul cognovit eam & cōclusionem que erat singularis: scilicet quod ille triangulus q̄ est in semicirculo habet tres angulos euales duob; rectis. Et magis declans quod dixerat de minore propositione addit.

**Q**Uorundam enim suple scibilium hoc modo predicto disciplina est. idest noticia sit: scilicet quod minor propositio simul cum conclusione sciatur. et hoc accidit: quando minor propositio fuerit talis quod ultimum. idest minor extremitas: que in ea ponitur non cognoscitur esse: sub termino vniuersali posito in maiori p̄positione per medius. idest per antecedēs probatiū eius: sed per sensum tunc enim etiam minor p̄positio simul tempore cognoscitur cum conclusione. pura quecūq; minores extremitas sillogismorum contingunt esse d numero terminorum singularium: et pro idest exanim terminorum: qui nō dicuntur de subiecto aliquo. idest inferiori subse posito. nam vt in libro predicamentorum dictum est: scilicet in secunda divisione ante predicamentali: in qualibet predicamento inueniuntur singula ria: que de nullo subiecto dicitur. tales inquam minores propositiones non sunt nobis note per argumentationem probatiū: sed per solam experientiam sensitivam: cum sint propositiones singulares. et ita simul tempore cognoscitur cum suis conclusionibus: que etiam sunt singulares. Secus autem quād minor propositio sillogismi demonstratiū non fuerit singularis: nec minor extremitas terminus individualis: sed prius terminus cōmunitis: quia tunc sepius minor illa propositio indiget probari p̄ alias demonstrationem priorem: tunc enim minor propositio non simul tem porē

## Caput primum quod & prohemium.

pore cognoscitur cum conclusione, qua  
re nimirū Aristoteles in hoc loco cau-  
te posuit exemplū in demonstracione cu-  
sus minor propositio est singularis: scilicet  
hic q̄ est in semicirculo triangul⁹ est.

simul cognoscimus esse veras et discer-  
mus eas. Alię dēmū sunt propositiones  
quas & si cognoscimus esse veras: tamē  
cas nondū didiscimus: sed postea discer-  
mus eas. hoc est ergo qđ ait, est autē i.

contingit cognoscere propositioni veri-  
tatem varijs modis. alia quidē i. quedā  
prius cognoscētē: scilicet quia pri⁹ ca-  
didiscit. quo undā autē aliorū est. i.  
contingit simul accipere noticiā. i. discere et  
cognoscere ea esse vera. vt sunt ea que-  
cunq̄ contingunt esse accepta sub uni-  
versalibus principijs quorū iam prius  
habent cognitionē: de tertio mēdio po-  
stea dicemus. itūc etiā sensui conuenit  
exemplū de tirangulo. nam istā propo-  
sitionē maiore: omnis triangulus habet  
tres angulos egales duobus rectis:  
ideo cognoscimus. esse verā: quia prius  
didiscimus eam per demonstrationē no-  
bis factam: ideo ait. presciuit idest pri⁹  
eam didiscit quā am cognosceret esse ve-  
ram. sed minore illam: hic qui est descri-  
ptus in semicirculo triangul⁹ est: scim⁹  
esse verā: non quia prius didiscim⁹ eam  
per demonstrationē nobis factam: sed  
nunc primis addiscim⁹ eam per sensum  
& experientiā. ideo ait qđ homo simul  
induces. i. faciens experientiā sensitū  
ad addiscendit eam cognoscit eam esse  
verā: t̄ nō prius cā didiscit quā sciat esse  
verā sed simul utriusq̄ sit. Et conclusionē  
illā: hic qui est in semicirculo habet tres  
angulos egales duobus rectis: pri⁹ co-  
gnoscim⁹ esse verā aliquo modo. et po-  
stea dīscimus eam alio modo. Non enim  
est possibile candē propositionē pri⁹ sci-  
re & post modis addiscere eo modo quo  
erat scita pri⁹. nā addiscere est sciētiā ab  
alio accipere denouo: scire autē sive co-  
gnoscere cōmune est ad oēs istas propo-  
sitiones sive eas prius didiscerim⁹ / sive  
nisi primis eas dīscam⁹ & cognoscim⁹  
esse veras / sive dēmū postea eas disci-  
turi sim⁹ sed iā eas aliquo modo cogno-  
scim⁹. prima duo esse possibilia nullus  
ambigit. s. qđ sciat homo q̄ pri⁹ didiscit:  
& qđ simul discat & sciat aliqd. sed teriū

in folio sequenti  
sub signo 

**A**rguit s̄peritia  
aliorū.  
**C**ū ergo hoc expresse dicat Aristotele  
les in hac litera: miror quam legnes &  
sommolentes fuerint comunes exposito-  
res: qui ex hoc loco eliceret volunt uni-  
versalē hanc regulā: quod in omni fillo  
gismo probatio cognitū maior & mino-  
ri cū bonitate consequētē simul tempore  
cognoscitur conclusio. cū ipse expres-  
se dicat quod hoc non est verū in omnibus.  
sed solū in quibusdā: scilicet in illis  
vbi minor extremitas est terminus sin-  
gularis: sic quod veritas minoris pre-  
missae clarissime constet experientia sen-  
sus & non indiget ulteriore probatione  
per argumentationē. qua si indigeret:  
proculdubio subsumpta minori cū ma-  
iori: adhuc non sciretur conclusio: non  
dū probata minori. Hic ergo est pri-  
mus sensus huius clausule in quo etiā  
Nominales cū realibus cōcordant. nā  
illi ab istis multa acceperunt & suppo-  
nentes ea nō amplius examinauerūt.  
**C**ū illi tamen sensum huius loci (quē  
& veridēm credo) expoluit Jacob⁹ Fa-  
ber Stapulensis inseguens themistiu-  
& alios cōmentatores grecos. Et primo  
dicit quod hic Aristotelis non intendit  
cōparare noticiās premisās ad noticiā-  
m conclusionis: scilicet penes priori-  
tatem aut similitudē cognitionis earum  
cū conclusionē: sed quod prelibatis p̄c  
cognitionib⁹ demonstratiūis atq̄ eis  
per diffinitiones et diuisiones declara-  
tis: vult hic Aristoteles ipsum quia est  
propositionum ulterius dividere ac va-  
rium ostendere majoris declarationis  
gratia. et hoc in omnibus propositioni-  
bus sive sint premisse sive cōclusiones.  
Est ergo diuīsio propositionū quam fa-  
ci Aristotelis in hoc loco trīmēbris. ad  
hunc sensum. quedā enim sunt proposi-  
tiones quas cognoscim⁹ esse veras eo  
qđ prius eas didiscim⁹. Alię sunt quas

## Posteriorum analyticorum.

esse possibile declaramus: si eiusdem pro positionis duplice esse cognitione super posuerimus: altera propriam et distinctiam: alteram communem et confusam. cognoscere ergo ad utramque cognitionem commune est: discere vero est solam propriam et distinctiam cognitionem de novo accipere ab alio. possibile autem est quod prius confuse sciunimus; postea discere propria et distinctia noticia. et ita quod prius uno modo sciunimus postea discimus alio modo. Erit ergo sensus Aristotelis in hoc loco: quod in sillogismo demonstrativo maiorem propositionem ideo scimus esse vera: quia prius eam didicimus/ sive per demonstrationem/ sive alio modo. minorem vero premissam si sit propositio singularis simul addiscimus et scimus eam esse veram: scilicet per sensum et experientiam: quam vocat inductionem. sed conclusionem sillogismi quecumque illa sit. sive sit propositio singularis/ sive non: prius scimus confuse in maiori propositione: sed postea discimus eam distincte et in propria forma et hoc magis declarabit sequentia.

### Tertia pars prohemii refellit errores.

¶ Ante autem quam sit inducere &c. Redemus ad materiam prime ptes (quoniam secunda pars de precognitionibus tota fuit incidentalis) excludamus duos errores contrarios intentione in eo proprie: quia probauimus doctrinam logicam de argumentatione scientifica: quod et demonstratio dicit: esse necessaria. quoniam ad habendum scientiam de novo demonstratio erat necessaria. ideo propositum non erat in hoc opere ut in demonstratione disciplina tradiretur: quare huius infra intentionis fundamentalis erat quod possibile est nos aliquid scire de novo. Contra hoc fundamentum narratur duo antiquorum errorum. Primum fuit Academicorum dicentium non esse possibile nos aliquid scire per investigationem rationis humanae. scilicet quod non est possibile propositum nobis prius ignoratum: per aliquem

rationem sive argumentationem fieri nobis notam noticia scilicet certa et evidenti. Secundus fuit error Stoicorum. qui et si concederent nos posse aliquid scire per investigationem humane rationis: tamen negabat nos posse aliquid scire de novo: immo dicebant quod omne nostrum scire esset reminisci eorum quod prius sciueramus. Primum error tenuit Eraclitus ponens omnia continua esse in continuo fluxu: sic quod nihil certum et stabile sit in mundo de quo possit esse certa scientia: et ita negavit illud principium certissimum: quodlibet est vel non est. vt narrat Aristoteles in libro sua metaphysica / ubi arguit contra illum errorem. Secundus error posuit Platono dicens humanas animas esse substantias spirituales (quales sunt angelorum) ab eterno creatas a primo principe uniuersi plena quidem omnibus scientias et virtutibus. sed postea facto prelio inter illas substantias spirituales: vicerunt quidem manus seruant in celo: vice autem electe de celo intrarunt corpora quod assumperunt / et sic facti sunt homines. Alii dicunt quod anime humanae non vi electe de celo sed pellecie desiderio fluentis silue. i. materie corporalis conspicie devenientes corpora assumenda. quare ex illa ratione propter corporum terrestre civitatem dicitur animas quodammodo obsecatas et oblitas fuisse omnibus et scientiarum et virtutum. ad remissentiam ergo obliterari dicunt isti necesse fari et hominibus exercitiis ac studiis in literis et moribus. et ita dicebant nos nihil de scire de novo: sed omne nostrum discere esse reminisci. Huius phantasie videtur alludere illud sapientiae. Corpusque corporis aggrauat animam et deprimit sensum hominis terrena habitatio. Hoc ergo et duos errores et manifestarios omnium disciplinarum lapsus refudere volunt Aristoteles in hoc suo phenomeno (quo doctrinam demonstrationis nobis politetur) et statim a principio oppositas vertates insinuare volens dixit. ois doctrina et disciplina intellectiva ex parte existit si sit cognitione vocabulis enim doctrina

## Caput primum quod & prohemium.

ne et discipline noticiam intellectuam acquisitam de notat: que scilicet ab aliis quo docente producatur in discipulo suscipere: possibile ergo supponit scientiam per argumentationem humanam acquisiti contra primi errorum. Per hoc vero quod addidit ex preexistere fit cognitione. i.e. generatur de novo et prius non erat; inuitus quod possibile est nos aliquid scire de novo: contra secundum errorem. quare doctrina de demonstratione. i.e. argumentatione faciente scire de novo: est possibile/nec frustratoria/ et inanis: sed potius est utilis et necessaria hominibus. In hac vero tertia parte iam directe procedit ad destruendos predictos errores. et in primis premittit quandam generalem propositionem dicens. ante autem quam sit. i.e. contingat inducere id est inferre conclusionem ex premissis: aut pro id est accipere sillogismum probatum eius: dicendum id est concedendum est nos quodammodo fortasse scire conclusionem illam: modo autem alio non scire cam. Hensus est quod conclusionem antequam per demonstrationem probetur scientiam: aliquo modo cognoscimus eam esse veram: et alio modo eam nescimus: sed ignoramus: et indigemus eam addiscere. et sic patet tertium genus propositionis: et quod aliquo modo sciriuntur et postea alio modo disciuntur. Et declaras istos duos modos subdatis. quod enim nesciuit homo si est simpliciter. i.e. perfecte et integre: hoc idem quodammodo sciuit. i.e. imperfecte et confuse. et quia istud scire est diminutum: et secundum quid: et non simpliciter: propterea addidit fortasse. quia quod illo modo scimus: fortasse scimus et non absolute ac plene. Addit exemplum geometricum. ut quod duos rectos in-ualore habet supletriangulus: simpliciter verum est. sed ante demonstrationem manifestum est: quidem quod sic. i.e. quodammodo et imperfecte scit hoc geometrie discipulus: quoniam universaliter id est confuse et in genere. simpliciter autem id est perfecte nescit quousque perfecta

fuerit demonstratio. Advertat nouis quod hoc exemplum non est idem cum alio priori quod positi est in secunda parte huius prohemij: sed est hoc exemplum de maiori premissa illius sillogismi. de qua dixerat secundum veriorum sensum quod discitur prius quam sciatur esse vera: scilicet hec propositione. omnis triangulus habet tres angulos egales duobus rectis. discitur quidem per demonstrationem factam ad eam probandam. nunc autem quod antequam probetur hec propositione per demonstrationem ut esset conclusio: scitur quodammodo. id est confuse et in universalis. Vult ergo dicere Aristoteles (dimisso hoc exemplo) quod in omni demonstratione cuiuscumque scientie: conclusio eius antequam perficiatur demonstratio aliquo modo est scita a discipulo: scilicet in maiori premissa. nam cognitio maioris propria et perfecta est cognitio conclusionis confusa et imperfecta. ut qui scit perfecte quod omnis animal est sensitivus: scit quodammodo licet non perfecte quod homo est sensitivus. scit autem conclusio simpliciter et perfecte quando erit facta demonstratio: qua premisse universales applicatur conclusioni speciali. nam tunc non solu[m] confuse scitur conclusio: sed etiam specificiter et distincte ac in propria forma. Ut autem huius propositionis prelibatio miseri in modis ad destruendos duos errores superdictos. ideo ad hoc explicandum subdit Aristoteles.

**S**i vero non: Ménonis accidit ambiguitas: ad cuius literae intelligentiam oportet supponere quod Ménon erat quidam liber Platensis in quo ipse disputat de virtute. et procedit per dialogum. et de ille liber Ménon: quodam Plato discipulo illo nomine nesciuto: quod et in dialogo illo introduxit et interrogat Socratem magnum illum phum: quod eliminatur neperator Platensis. Conscivit enim Plato libros suos diversis materialibus physis et moralibus per dialogum ordinare. et in illis dialogis semper introducit Socrate

## Posteriorum analyticorum.

rem preceptorem suū (quāvis iam defunctū) ut determinatorem ac diffinito rē omnīs questionī. In illo ergo Mēnōne Platō introducit quendā ad pade mīcorū Br̄istippi / Hōrigie discipuli voluntē probare nos nīhil posse penit̄ scire per īvestigationem humane rationis. et hūc vocat Mēnonem; qui proponens disputationem coram Socrate hanc format rationē ad suū proposītu. Quo enim trāmitē (inquit Mēnō) īvestigabis/o Socrates id quod omnino ignoras quid sit? Et quomodo illud inquires? aut etiam si in illud incideris: quoniam signo illud esse cognoscēs? quasi dicat videtur impossible ut discas illud quod penitus ignoras. nā ille qui quod nescit īvestigarnōt nouit qd querat: quare neq; si inuenierit: illud agnoscit. nō est ergo possibile per īvestigationē rationis nos aliquid sci re quod prius nescibam⁹. Ad hanc rationē respondens Socrates ait. intelli go quid vellis/o Mēnon: scilicet probare quod homo/neq; scit / neq; quod ignorat īvestigare valeat. nam si illud scit: nulla īvestigatione op⁹ est. si signorat illud nesciet inquirere: et si inqrat: nesciet inuenire. hoc autē consequens cum falso sūt: op̄ortet dicere quod tua hac ratione cōcludatur necessario: nīhil nos posse īvestigando discere nisi ea que ante sciuimus. qd Stoici asseverat. Ex hac ergo responsione patet qd Socrates at Platōne introductus velit rationē Mēnonis ad hoc deducere: vt homo non possit aliquid discere de novo a suis preceptoribus nisi qd prius scire rat. quāvis Mēnon illa ratione hoc intenderet: ut secundū Achadēmicos concluderet nos nīhil penitus posse scire p̄ īvestigationē ratiōis: itaq; nīhil nos posse discere. Hac igitur supposita hīstoria dicim⁹ quod Aristoteles in hac litera agens contra predictos errores: vult probare suam propositionem ratione ad impossibile. ideo ait. Si vero non: si suple verum quod diximus: sci-

licet quod conclusio antequam per demonstrationem probetur aliquo modo scitur et aliquo modo non scitur: si hoc inquā non concedatur nobis. Mēnonis acciderit. idest tēqtur ambiguitas. id est difficultas argumenti Mēnonis prelabilique coget Socrate introductum a Platōne concedere: quod aut nīhil discere potest homo: aut quod solū discit id quod prius nouit: et ita quod omne nostrū discere est reminisci. Quod autem hoc iacōmodū sequatur ex contradictione nostre propositionis: probatur exemplo ipsius Mēnonis de seruo fugitiō quē dominus nunquā nouit. Si enim conclusio ante demonstratiō nem omnino est signata homini volenti eā discere: nulla patet ei via qua possit eam īvestigare: aut si īvestigantur: qua possit eam īvestigata agnoscere. quemadmodū et domin⁹ seruū nunquā a se vīsum et penitus ignot⁹ nullo pacto posset īvestigare: aut īvestigatum etiam si sibi occurret: non agnoscet: quia nulla haberet indicia ad eum cognoscendum. Si autem eadem conclusio esset perfecte scita ab homine: et velle tam per demonstrationem īvestigare: palam fit quod per illam demonstrationem disceret homo id quod prius scivit: et siūm discere nīhil aliud esset quam reminisci. Ergo nīl teneatur hec nostra via media: scilicet quod illa conclusio ante demonstrationem alii quo modo ē scita: et aliquo modo ignorata a discipulo: non esset possibile evadere quia incidemus aut in caribdīm aut in scillam. idest alteris in predictorū errorum. puta vel quod simpliciter impossibile sit nos aliquid addiscere per demonstrationem: vel quod non esset possibile nos addiscere nisi id quod prius sciebam⁹. tenendo autem illam viam medianam. inter pericula uitissime naniganūm: dicentes et quod possibile est nos aliquid addiscere de novo: et quod non discimus id quod prius sciuimus sed aliquid aliud. Propterea

## Caput primum quod & prohemium.

rea ergo bene dixit Aristoteles: si vero non sit verum quod diximus: Mēnonis accidet ambiguitas. i. ratio q̄ fecit p̄la tone in ambigere et incidere in illā dissiliētiā fallā: cocludet necessario. Seq̄t.

**C**ontra enim sicut qdā arbitratur soluere t̄c, introducit quorūdā peripateticorū sui tēporis solutionem ad rationēm Mēnonis. Et reprehēdit eam tanquam insufficientem. hi enim tenentes cum Aristotele illam disfunctiūam esse falsam: et conantes respondere ad rationēm Mēnonis: dicebant vnumvalde ridiculum. nam argumentum Mēnonis per vnum aliud simile recitantes dicebant. si quis quereret ate nunquid non sti omnē dualitatē esse parem numerum aut non? Et si respondēderet se scire hanc vniuersalem propositionem: tunc arguens cerebat instantiā: scilicet dualitatē absconditam in manu sua quam respondens nunquam viderat: et inde īferebat qd̄ vel ipse respondens non sciebat illam vniuersalē quod omnis dualitas sit numerus par antequam hec sibi ostenderetur: vel qd̄ sciebat hanc dualitatē absconditam esse numerum parem. quare sequitur quod formata hac ratione: omnis dualitas est numerus par: illa abscondita est dualitas ergo illa est numerus par: discipulus scies maiorem esse veram vel nihil adscit de veritate cōclusionis: vel quod dicit id quod prius scivit. hoc argumentum isti dicebant esse per simile argumento mēnonis et vtriusq; ēadem esse solutionem. Ergo respēderentes ad hāc rationem de dualitate dicebant se respondisse ad argumentum mēnonis. Primo itaq; in litera ponitur argumentum ibi.

**C**ontra Nunquid scivit discipulus ante demonstrationem: dualitatē omnē quoniam par est aut non? Dicente autem idest concedente eo ( cui hec questione proponebatur ) parē affirmatiū: quādam attulerunt dualitatem in ma-

nū absconditam: quam discipulus non opinatus est esse. idest non sciebat eam esse: quia nunquam viderat eam. ergo vel non sciebat omnem dualitatem esse parem: vel sciebat dualitatem absconditam esse parem. quare facta demonstratio vnitatis abscondite/vel discipulus eam non scit esse parem/vel dicit quod prius sciebat. Deinde ponitur istorum solutio ridiculosa. ibi.

**C**ontra solvunt dicentes discipulum non cognoscere simpliciter omnem dualitatem esse parem: sed solum omnē illam quam scit quod dualitas sit. stat ergo istorum solutio ad hoc argumentum in hoc: quod ante demonstrationē discipulus non habet scientiam de illa vniuersali omnis dualitas est par: sed de ista. omnis dualitas scita esse dualitas est scita numerus par. Eodem modo respēderent ad questionem geometram, vtrum discipulus sciat emētri triangulum habere tres angulos equales duobus rectis, et dicerēt quod non: sed solum de eo quem scit esse triangulum t̄c. Hanc istorū ridiculam respōsitionem reprehēdit Aristoteles duplīciter. primo ex parte conclusionis demonstrande. ibi.

**C**ontra Et scitūt quidem: hoc modo: quia conclusio illata in illa demonstratio arithmeticā/vel geometricā non formatur restrictive cum illa limitatio: quam scit esse dualitatem vel triangulum: sed simpliciter de dualitate vel tri angulo sine limitatione. ideo solutio illa est ficta/et non consona vñi scientiarum. ideo ait/ et scivit quidem discipuli in mathematicis illud. i. illam conclusionem cuius demonstratiōem acceperunt. acceperunt autem a preceptoribus conclusionem nō restrictam de eo quem utiq; scivit discipulus quod triangulus aut numerus sit: sed simpliciter. i. vniuersaliter/ et sine restrictione de tri in numero pari/ et de omni triangulo. Ergo limitatio vel restrictio maioris

## Posteriorum analyticorum.

propositionis quā isti ponebant imper-  
tinēt ad cōclusiōnē: que ponitū vni-  
uersalis & non restricta. **C** Simpliciter  
in hoc loco potest exponi vniuersaliter:  
sed magis ad propositum est vi expo-  
natur. id est sine addito: eo modo quo in  
thopīcis totum in modo dicitur dictū  
simpliciter ut homo. et pars in modo  
est idem dictū cum addito: vt homo al-  
bus. et hoc additū semper est restrin-  
gens terminū cui additur: sed si non  
distrat̄at vel diminuat significationem  
termini cui additur: dicitur pars in mo-  
do. si aut̄ distrat̄at vel diminuat: dicitur  
dictū secundū qd: vt homo pīc⁹ / morū⁹  
etc. Et sic ponit̄ in Elēchis fallacia a di-  
ctio simpliciter ad dictū secundū qd: ita  
in p̄posito hec p̄positio tu scis oēm du-  
alitatē esse parē: est dictū simpliciter sed  
hec. tu scis omnē dualitatē (q̄ nosti esse  
dualitatē) esse parem: est pars in mo-  
do / vel potius dictum secundū quid / vel  
dictum cum restrictione. similiter de tri-  
angulo simpliciter vel de triangulo quē  
nosti esse triangulum. **E**st ergo prima  
ratio Aristotelis: quod predicet scientie  
mathematicae non probant suas conclu-  
siones cum illa restrictione: sed dictas  
simpliciter: ergo maior sillogismi que-  
sumitur ad probandam conclusionem  
simpliciter non est sumenda cum restri-  
ctione illa quam isti ponebant: sed est  
simpliciter accipienda. **C** Secundo can-  
de solutionē alio: n̄ reprobat Aristoteles ibi.  
**C** Neq̄ vna propositio: ex pte  
premissarum demonstrationis. in qui-  
bus nulla talis additio restrigens po-  
nitū apud arithmeticos aut geometri-  
cos. Sed simpliciter vniuersaliter pre-  
missa ille. p̄ponit̄. ideo ait. neq̄ vna. i.  
nulla propositio accipitur amathemati-  
cis ut premissa demonstrationis huius  
modi. i. sic restricta cū illa limitatione:  
quem tu nosti numerū: scilicet binariū:  
aut qd nosti rectilineū. i. rectilineam  
figurā q̄ dicitur trīagulus: sed accipitur  
simpliciter de omnī. vniuersalis & sine  
addito restrigente. ergo neq̄ cōclusio  
erit cum restrictione accipiēda: sed sim-  
pliciter & de omni. infirma ergo & ridici-  
la erat responsio illoz̄ ad rationē Mē-  
nonis. nā eam tā Stoici q̄ Athademici  
ridicerent ac nihil facerent. Unde querē-  
da est alia solutio. vera ac seriosa ad am-  
biguitate Mēnonis: & nulla verior aut  
securior esse potest: quam concedendo  
vniuersalē regulam quam premisim⁹:  
scilicet qd conclusio demonstrationis an-  
tequam probetur: aliquo modo est co-  
gnita & alio modo est ignota atq̄ discen-  
da per demonstrationē. **C** Et si ad argu-  
mentum de dualitate abscondita serio-  
se velimus respondere: dicemus quod  
illa propositio. tu scis omnē dualitatē  
esse parem: cū sit modalis: est distingue-  
da penes sensum compositi et sensum  
diuisum. si enim sit composita est vera.  
quia sensus est: tu scis hāc propositionē  
esse verā: omnis dualitas est par nume-  
rus. et in ista vniuersali scis cōfuse dua-  
litatē absconditā esse parē. Si autem sit  
propositio diuisa est falsa: nam sensus  
est. de qualibet dualitate mūdi tu scis  
in particulari qd est numerus par. hoc  
autem nō est verum de omnibus. quia  
dualitates absconditas / neq̄ scit esse/  
neq̄ parē esse: nō ergo opus erat illa  
vniuersalem restrigere addendo: quā  
tu scis esse dualitatē: q̄a per hoc non sol-  
uitur nodus difficultatis argumēti Mē-  
nonis. Cōcessa ergo illa vniuersali in-  
sensu composito: cū interfert ergo scis  
dualitatē absconditam esse parem: con-  
ceditur consequens de noticia confusa:  
sed quando postea recuelatur & ostendit̄  
ur illa dualitas: cognoscitur de novo  
noticia distincta et p̄pria. Et ita nō seq̄  
mir aliqua pars illi⁹ distinctiue. s. vel qd  
nihil homo dicit: vel qd soli dicit qd  
p̄pria scit. q̄ illa em̄ ostensionē dualita-  
tes didicit homo. i. acquisiuit noticiā pro-  
p̄pria & distinctā illi⁹ dualitatis quā prius  
non habebat sed solam confusam et cō-  
munem. Posset alio modo responde-  
ri ad hoc argumētum. cum arguitur

## Caput primum quod & prohemium.

concessa illa universalis insensu compo-  
sto vero: tu scis omnem dualitatem esse  
parem: ergo tu scis hanc dualitatem ab  
secondeam esse parem: quia hec abscon-  
dita est dualitas. Dico quod illa conse-  
quentia non est valida. quia ad antece-  
dens de scio non sequitur consequens  
de scio: quia variatur appellatio ratio-  
nis. ut non sequitur. tu scis hunc esse ho-  
minem: ergo scis ipsum esse animal.  
quamvis omnis homo sit animal. nam  
antecedens potest esse verum sine con-  
sequente vi alias visum est. Tandem  
vero Aristoteles dimissa illo: um frivo-  
la respondere ad rationem Ménonis:  
vult ipse solvere illā ambiguitatem ex  
sua propositione premissa. ideo subdit.

Sed nihil (vt opinor) prohibet. i. nullū est inconveniens dicere cū  
est. cōtingit hōiem qđ addiscit scire. sic.  
i. uno modo. est autē. i. cōtingit ignorare  
scī. i. alio modo. Inconveniens cū nō est  
si scit homo quodammodo qđ addiscit  
alio modo. sed esset inconveniens: si hoc  
eodem modo sciret homo prius aliqd: in  
quātū. i. quomodo addiscit illud p̄ se. Ita.  
Est ergo resolutio clarissima Arist. ad  
ambiguitatē Ménonis. qđ ponēdo eius  
dem propositionis duas noticias alterā  
cōmunēr confusam: alterā p̄ propria & di-  
stinctam: et qđ conclusio demonstratio-  
nis antequam probetur cognoscitur cō-  
muniter et cōfusē in suo p̄ncipio signo-  
ratur autē distincte et proprie: in scispa.  
sed facta demonstratione probante ea-  
dem conclusio de nouo addiscitur quā-  
tum ad noticiam distinctam et p̄ propria  
& non quantum ad cōmūnem et confu-  
sam. id est addiscitur eo modo quo igno-  
rabatur. et non eo modo quo sciebatur.  
et sic facile solvitur cīp̄ sūme ambigui-  
tas Platonicis in Ménone. quia ex illa  
ratione non sequitur quod nihil possi-  
mus scire: neq̄ sequitur quod discam⁹  
quod prius sciūimus. quia de conclusio-  
ne prius cognita aliquo modo: acquiri-  
mus nouam noticiā alio modo per de-

monstrationem: scilicet ex p̄cexistē  
illa cognitione. Ad maiore autē hu-  
ius veritatis manifestationem adducit  
Stapulensis valde accōmodam simili-  
tudinem de visu corporeo et rebus ab eo  
visibilibus. Sane quidem tota ratio  
vidēndi oculo est lumen corporēum: ad  
quod intrans per fenestrās demūs ap-  
perientes oculos elevatis cilijs atten-  
dimus: et sic lumē per seipsum videm⁹.  
deinde in lumine omnes rerum colo-  
res atq̄ figuras videm⁹ atq̄ perspic-  
imus. Est igitur intellect⁹ noster ut oculi  
in anima. p̄ma principia scientiarum  
perse nota intellectui sunt ut lumen.  
ideo dico solent publica lumina intelle-  
ctus. terminorum cognitione quid est: re-  
luti fenestrarum apertio est. mentis at-  
tentio ad principia illa est quasi oculo-  
rum apertio / ciliorum elevatio / et co-  
rum ad lumen conuersio. in quo lumi-  
ne spirituali aliarum rerum id est cōclu-  
sionum colorē & figure proprie cognos-  
citur ab intellectu: scilicet infusione lu-  
minis super eas. id est applicacione uni-  
versalium p̄ncipiorum ad singulas cō-  
clusiones per demonstrationem. Sicut  
igitur colorē omnes & figure rerum vi-  
sibilium in lumine cognoscuntur quo-  
dammodo antequam proprie & distinc-  
tiae in seip̄s videantur: ita etiam con-  
clusiones scientiarum in p̄ncipiis co-  
gnoscuntur quodāmodo antequam de-  
monstrantur: scilicet cō muniter & cōfusē  
sc̄. sed postea per demonstrationes ap-  
plicatae cō lumen p̄ncipios. quo sup̄  
cas infuso distincte & proprie cognoscū-  
tur. Et sic patet: qđ conclusio demonstrā-  
da antequam probetur aliquo modo co-  
gnoscitur. s. cōfusē in p̄ncipiis sed p̄ se. Ita  
applicata demonstratione nouo quoddā  
alio modo addiscit atq̄ cognoscitur. s.  
pp̄ia & distincta noticia: qualis p̄ r̄ de-  
ca nō habebat. et ita illo modo cōclusio  
ignorabat nisi v̄o addiscit. qđe falso-  
rum est qđ n̄m adiscere nō sit nisi reminisci-  
coris que p̄ r̄ sciebam⁹. si quidē noticia  
cōclusiōis quā p̄ demonstrationē addiscit

## Posteriorum analyticorum.

mus esset quedam alia ad istā praevia: & sine qua preexistere illam nouam noticiam nullatenus acquirere potuisse: *Et hinc elucet nobis aliud certior lensus prime propositionis huius prologi: scilicet quod omnis noticia intellectua alicuius rei que de nono fit in nobis: fit ex alia preexistente cognitione eiusdem vel alterius rei.* *Et si de noticia conclusionis sermo fuerit: omnis noticia conclusionis de novo acquisita: fit ex alia noticia eiusdem conclusionis preexistente: scilicet in principiis.*

*Ad rationem Mēno-*

*nis so-*

*lutionis.*

*Ad exemplū vero Mēnonis seu Achadēmicos de seruo fugitiuo: quem dominus eius nō cognoscet etiam sibi occurrentem rē. facilis est responsio secundum premissa. dicimus enim quod si ille dominus serui illius nullam prorsus noticiam habuisset de illo suo seruo qui erat in suo rure: proculdubio verum est quod fugiente non agnoscet etiam si ei obuiaret. quod est dicere: si discipulus de conclusione demonstranda (que est ut seruo fugiens) nullam prorsus noticiam habuisset ante demonstrationem: nullo pacto posset eam adiscere: si quidem omnis noticia intellectua fit ex preexistente cognitione. Sivero domin⁹ serui fugitiui haberet aliquam vel confusam noticiā de eo: scilicet ex relatione aliorum qui eum viderunt (puta quod esset naso simus: vel quod haberet cicatricem in facie: vel quod esset claudius & pedibus detortis rē.) et haberet aliquod indicium eius: quāvis numquam prius eum vidi sit in praesentia: posset eum cognoscere sibi occurrentem: scilicet per signa vel indicia que prius non erat de eo. quia ex noticia confusa serui per obuiacionē causabitur in eo noticia distincta eius quam prius non habuerat. Ad propositum vero. indicia conclusionis demonstrāde apud discipulum sunt principia ex quibus procedit demonstratio. nam in illis habetur aliqualis noticia cōclusio-*līcēt imperfecta & confusa: quan-*do vero per demonstrationem illa prin-  
cipia applicantem occurserit ei conclusio demonstranda (ac si seruis domino suo occurseret) acquiritur in eo noua noticia eius: scilicet distincta & perfecta. Ex his ergo ad argumentum Denonis. patet responsio vera & clara sine errore. quando enim dicebat ille. quoniam tramite inuestigabis tu Socrates id quod omnino ignoras / quid sit? Et quo nam modo illud inquires? Et quo nam signo vel indicio illud agnosces etiam si tibi occurserit? Dico ad hoc ingenue concedendo illam propositionem: scilicet quod si nulla prorsus noticia conclusionis precesserit in discipulo ante demonstrationem: nequit quā posset eius acquirere scientiam: ut de seruo fugitiuo cuius dominus nullū habet indicium est: sed hoc suppositum falso est. quia in discipulo querente scientiā de conclusione precesserunt indicia: scilicet ipsa principia demonstrationis: in quibus conclusio aliquo modo cognoscatur. Quare propter hoc argumentum non debuit conuinci Platō ad cōcedendum illam disiunctiū: scilicet vel quod omnino nihil discere possumus: vel quod discimus id quod prius sciūimus: nam utraq; eius pars est falsa. de prima enim dicimus est: quod non sequitur. quia precessit in nobis aliqua noticia conclusionis: scilicet in suis principiis: ex qua per demonstrationem fit in nobis alia noua noticia eiusdem conclusionis in seipsa. De secula vero parte etiā patet falsitas. quia noticia quam prius habebamus de conclusione: & noticia quam postea acquirim⁹ per demonstratiōnem non est eadem: sed alia & differens ab ea. Et ita nō adiscimus quod prius sciebamus: nec nostrum adisce re est remisī. Verum est tamen quod si de obiecto noticie fieret sermo. id est de ipsa conclusione: cōcedi potest quod id quod sciebamus prius adiscimus posterius: quia candem conclusionē quam prius sciebam⁹ confuse: adiscimus posterius distincte: nec est possibile nos*

## Caput primum quod & prohemium.

alio modo eam a distere nisi ex eius no-  
ticia preexistere. sed **P**laton non loque-  
batur de obiecto: sed solum de ipsa no-  
ticia, et sic patet & sua dissuntiuia erat  
falsa. nec ex argumento Mēnōnis seque-  
batur. immo si bene notentur eius ver-  
ba efficaciter concludit quod de conclu-  
sione penitus ignota. id est cuius nulla  
in nobis precessit noticia: per inuestiga-  
tionem rationis non possumus acquire-  
re scientiam. et hoc verum est: quāuis  
suppositum sit falsum. quia nulla est cō-  
clusio demōstrabilis cuius non sunt ali-  
qua principia: in quibus noticia eius  
precedit. **E**x discursu huius tertie par-  
tis prologi istius cognoscere poterim⁹.  
prudensissimam Aristoteles cautelam  
& ingenium valde artificiosum: quia in  
hoc loco quemadmodū in multis alijs  
libris suis: sciunt inter opiniones varias  
& diuersas inuenire viam mediam: que  
eas inter se conciliat atq; corrigit. pone-  
do enim qđ omnis noticia intellectiva  
sit in nobis ex alia preexistenti cognitio-  
ne: apparet verum esse dictum Achade-  
nicorum qđ de re penitus ignota non  
possumus via naturali scientiam acqui-  
tere. verum est etiam dictum Stoicorū  
quod nihil de nouo a discim⁹ nisi quod  
pius sciimus: quāuis non eodem mo-  
do quo illud sciim⁹. Quāuis horū di-  
ctorum autores non ad hūc sensum ref-  
ferrent ea: sed ad extremitatia declina-  
rēt. vi Achademici quid absolute nihil  
possumus discere. id est de nouo scire.  
Stoici vero quod possum⁹ quidem di-  
scere. i. noticia a preceptore accipe: sed  
non nisi eam quam prius habebamus  
iam nobis innatā. que sunt manifeste  
falsa atq; inopinabilia tā apud sapientes  
quad apud alios omnes. **F**inē itaq;  
huic toti prohemio facientes & p̄secoū  
errores corrigentes recolligamus veri-  
dicam Aristotelis sententiam. quod pos-  
sibile est nos aliquid scire de nouo. id est  
nouam noticiam scientificam acquire-  
re. quāuis illa semper fiat ex preexisten-  
te alia cognitione. t̄ hoc per argumen-

rationem scientificam: que dicitur demō-  
stratio. quare utilis & necessaria est no-  
bis doctrina logica de demōstratione:  
& hanc profiteri intendimus in his duo  
bus libris posteriorum.

## Epilogus totius prohemii.

Recolligentes in breui Paraphrasi to **P**ri-  
tam huīus capitī sententiam dicam⁹. pars.  
quod cum omnis noticia intellectiva nō  
autem omnis sensitiva: que de nouo fit  
in nobis: fiat ex preexistenti preuiaq; co-  
gnitione: eiusdem vel alteri⁹ rei cogno-  
scibilis (quod inductione in omnib⁹ ar-  
tibus liberalib⁹ atq; in oībus alijs sci-  
tis est quam manifestissimum: sive il-  
le sint scientie speculatiue. et demōstra-  
tive procedentes ut mathematice: aut  
dialectice per inductionem & filologis  
ut phisice: sive sint scientie practice pro-  
cedentes per exempla & enthymemata  
ut ethice: quia omnes ille per prius no-  
ta faciunt doctrinam eoz que docent)  
opus est in hoc opere: vbi logicam de-  
monstratiuam profiteri intendimus; in  
prius declarare/que/et quod sint pre-  
cognoscenda in demonstratione scienti-  
fica: & que eosū precognitiones. **S**unt 2. pars.  
autem demonstrationis principia ma-  
terialia termini et propositiones: que  
sunt precognoscenda. Ideo duplices pre-  
cognitiones sunt necessarie ad faciēdā  
demonstrationem: scilicet precognitione  
quid est & precognitione quae est. prior ista  
rum ad terminos pertinet. nam de quo  
libet termino demonstrationis oportet  
discipulum docendum precognitione  
quid est quod dicitur per nomen. id est  
nominis impositionem sive significatio-  
nem tam materialēque dicitur supposi-  
tio: quam formalem que est absolutio  
vel cognitatio. Secunda vero precogni-  
tio quia est: vel potius quod est: potest  
referri & ad terminos / & ad proposicio-  
nes. quādo referatur ad terminos de no-  
tia qđ de quibusdā terminis nō de om-  
nibus in demonstratione possitis pre-  
cendis est: quod res quam termin⁹ sive

## Posteriorum analyticorum.

galficat est vel esse potest, quod maxime versū est in demonstratione affirmativa cuius conclusio est ut tertio adiacente, sed quia est propositionum que sunt premisse demonstrationis; denotat quod de una quaque earum oportet discipulus preconcognoscere quod sit vera; immo et quod sit in sua veritate certissima. **C**eterum in hac propositionū scientialium preconcognitione que in demonstratione concurrunt est notanda quedam distinctione, nam quasdam earū opus est preconcognoscere esse veras; quia prius cedidiscimus per rationis investigationē id est vel per inductionē si sunt immEDIATE/vel p̄ fillogismū si mediate fuerint, et iste sunt maiores premissae; et nonnulli minores. Aliie sunt quas prius non didiscimus per investigationem rationis; sed quam primū cas cognoscimus esse veras tunc cas addiscimus de novo, et iste sunt quedam ex minoribus que simul et discuntur et vere esse cognoscuntur. Aliie deī sunt quas discipulus; et si prius aliquo modo sciat esse veras; nam per demonstrationem addiscit cas perfectioni modo, et iste sunt conclusio nes demonstrationis. Hec tria propositionū genera declarantur in hac demonstratione, omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis, sed ista si tura rectilinea que descripta est in semicirculo super diametri eius; est triangulus, ergo ista habet tres angulos equales duobus rectis, maiores enim propositionē discipulus scit esse veram; quia prius didiscit illā vel per demonstrationem / vel inductionem probatiuam eius, minorē in vero propositionē; (quia est singularis et ad sensum manifesta) simul cognoscit eam esse verā et dicit eam de novo; non quidē per rationem aliquā; sed per experientiam sensus, conclusionem autem prius aliquo modo cognovit esse veram; scilicet in maiori propositionē; que est universalis de omni triangulo, sed quia illa cognitione conclusio erat imperfecta / et confusa: postea per demonstrationem applicantem ei propositionem universalem, inediāte minori singulari novo quedam modo adiscit illam, id est acquirit perfectiōrem eius noticiā; scilicet propriam et distinctam. In omni itaq; demonstratione maior prius discitur quā sciat esse vera; conclusio econtra prius aliquo modo cognoscitur esse vera / et postea dicuntur vi perfectius sciat, sed minor: si fuerit singularis et ad experientiam cognoscibilis; simul addiscit et sciatur esse vera; nec prius/nec posteriorius. si autem minor filologismi non fuerit singularis sed subjecti communis: est prius addiscenda per rationē probatam sicut maior quā sciat esse vera. **C**onuia tamen de preconcognitione conclusiōnis multi dubitant (immo Achadēmici negant eam; dicentes nos per demonstrationem nihil posse discere nec scire, et si militer Stoici, dicentes nos posse quidē discere et scire/sed non de novo; quia solum discimus quod prius iam sciebamus perfecte et integre;) ideo nos volentes hos duos errores extirpare/ac reprobare; dicimus inicitanter quod omnis conclusio scientifica / ac per demonstrationem probanda est aliquo modo scita a discipulo antequā proberetur per demonstrationē; est et aliquo modo ignorata, immo addimus quod nisi eadem conclusio fuerit discipulo aliquo modo cognita ante demonstrationem; non poterit eam discere per demonstrationem sibi factam a preceptorē suo, hanc veritatem probamus ad impossibile sic, quia dato opposito contradicitorio; scilicet quod conclusio nullo modo fuerit nota discipulo ante demonstrationem; sequetur quod verum esset platonis dicti disjunctiū in suo Menone; scilicet quod per demonstrationem vel nihil penitus scire possumus; vel nihil de novo discere possumus; sed tantū quod antea sciebamus, consequens est falsum et inopinabile apud omnes / tam doctos/quā in doctos, ergo et auiceca-

## Caput primum quod & prohemium.

dens qd est oppositus dicti nr̄i. p̄batur tñ pñia. Prima cñ pars sequit bene. si cñ conclusio nullo modo fuisse nota di scipulo ante demonstrationem: ille nullū haberet indiciū ad eam inuestigandam: quare nec posset eam inuestigare per aliquā rationē. vt patet exēplo de seruo fugitivo cuius dñs nullū ha-  
bet indiciū: qd non posset cū inquirere: immo etiā si cū obuiaret nō posset eum agnoscere. Secunda etiā pars sequitur manifeste. si em̄ conclusio esset discipulo distincte et perfecte cognita ante demō strationem: clarum est quod per demō strationem postea sibi factam nihil de nouo addisceret: sed tātum illud quod prius sciebat: et sic suum addiscere ni-  
hil aliud esset quam reminisci. virumq; autem consequēs est falsum et penitus inopinabile apud omnes homines. qua-  
re melius est vt tñciamus nostrā pro-  
positionē verā & indubitatā: qd cōclusio sc̄ientifica ante demōstrationē est quodā modo sc̄ita & quodāmodo ignorata a di-  
scipulo. Et qua vlt̄riū apparet quā fri-  
uola fuerit responsio quo dā peripate-  
ticoū ad rationē platonis postam in  
Mēnōne. qd adducētes exēplū arithme-  
ticū dicebant qd bon⁹ ar. thmeticus nō  
scit oēm dualitatē esse parē numerū: sed  
tātū cā quā scit esse dualitate. Et simili-  
ter qd bon⁹ geometri non scit oēm triā-  
gulū habere tres angulos euales duos  
bus rectis: sed tantum cum quem scit  
esse triangulum. hoc inquam non solū  
falsum/sed & ridiculum censerent om-  
nes mathematici. quia per illas duas  
vniuersales propositiones ipsi dicunt se  
habere sc̄ientiam de omni binario/et de  
omni triangulo/ sive quem viderunt/si  
ue quem nondum viderunt. neq; vñquā  
cum illa restrictione fecerunt villam de-  
monstrationem: sed simpliciter et sine  
addito/tam impremissis/quam in con-  
clusionibus. Et adhuc illo ridiculo isto  
rum dicto admisso: per illum modum  
non satieret argumēto platonis: sed  
maneret in solutum. Quare melius est

vt stemus in nostra sententia premissa:  
quod scilicet conclusio demonstranda  
antequam demonstretur aliquo modo  
est sc̄ita: & alio modo est ignota: sed per  
demonstrationem sc̄itur de nouo: illo vi-  
delicit modo quo prius nesciebatur. nō  
enim est inconueniens id quod uno mo-  
do sc̄itur: dici alio modo. Esset autem  
inconueniens si eodem modo quo alia  
quid p̄iū sciebatur: addisceretur poste-  
rius de nouo: vt plato imaginabitur.  
hec Aristoteles in hoc suo prohemio.  
**Sed ad eorum clariorem intelligentiam:** hic quedam addēda censuimus:  
de diversitate propositionum a nobis  
scibilium: scilicet accipiendo scientiā lar-  
ge pro omni noticia certa propositionū.  
Est enim carū duplex genus. quedam  
enī sunt propositiones adeo clare et  
manifeste: quod intellectus humanus  
suapte natura sine investigatione alicui  
ius rationis cognoscit eas esse veras et  
assentit eis: scilicet habens se ad eas: vt  
oculus corporalis ad lumen solis: quod  
suapte natura cognoscit sine aliquo pre-  
vio indicio. Econtra vero aliae sunt pro-  
positiones adeo obscure & ignotae: quas  
intellectus sine investigatione rationis  
nullo pacto posset scire esse veras et as-  
sentire eis. quia indiget previo quodā  
indicio. ad eas se habent nosler intellectus: vt oculus ad colores & figurās re-  
rum quas sine lumine non potest vide-  
re. Primi iterū generis due sunt species.  
quasdā enī huiusmodi. p̄positiones co-  
gnoscim⁹ esse veras ex solo adminicu-  
lo sensus exterioris. et ille sunt singula-  
res formate de reb⁹ exterius sensibiliib⁹  
vt iste ignis est calidissim⁹. hic qd est in se-  
micerulo triangul⁹ ē tc. Alias vero solo  
ope intellect⁹ enī sine adminiculo sensu  
scim⁹ esse veras. qd statim cognitis  
carū terius cū attēnē mētis sese nobis  
offerat claras et in sua veritate manife-  
stas. vt qdlibet ē vel nō est. omne totū enī  
mai⁹ sua p̄e tc. iste vocari solet p̄posi-  
tiones p̄ se note / cōmunes animozū cō-  
ceptiones/dignitates/proloquia/public

Mota-  
bile de  
noticia  
ppōnū

## In primum librum posteriorum.

ea lumina intellectus / et communia principia omniū scientiarū. Et tam iste pro positiones vniuersales quam supradicte singulares sunt principia supponenda et non probanda in omnibus scientiis; et de illis omnibus verificatur dictum Aristotelis in secunda parte huius prologi secundi veriorem sensum: quod si mul discuntur et cognoscitur vere. Secundi quoq; generis propositiones etiā sunt duplices duarūq; specierum. quēdam enim earum sola inductione notificantur / et probantur esse vere: et sunt principia propria scientiarū singulari, ut omnis numerus est par / vel impar: a puncto ad punctum recta linea est protrahi bilis. aliquid mouetur. omnia boni appetuntur. Cum enim huiusmodi propositiones nō sint statim note ex terminis: sed sunt subscire: indiger intellectus / noscere inuestigare earum veritates ratione aliqua: quāuis non multum difficult: quia sine sillogismo possunt satis disci et cognoscere esse vere. ideo vocantur propositiones immediate in scientiis. quia sine medio sillogistico satis constat illarum veritas apud nostrum intellectum. Aliie vero sunt magis obscure et latenter propositiones que ad hoc ut sciatur clare esse vere indigent ratione vehementiori: hoc est: sillogismo. et iste sunt conclusiones in omnibus scientiis. ut omnis numerus est medietas duorum alitrinsecus circa se posteriorum numero rum per equeales distatiās ab eo. Omnis triāgulus habet tres angulos equales duobus rectis. Et in scientiis practicis principia propria probantur ex exemplo: et conclusiones enthymemate. Et in hoc secundo genere propositionum verificatur quod in tertia parte Aristoteles dicit: quād prius sciuntur aliquo modo: et postea discuntur a nobis alio modo: quā in suis principiis probatiuis a liquo modo sciuntur esse vere: scilicet confuse et imperfecte: sed postea in seipsis discuntur cognosciturq; alio modo: scilicet vi nūc et perfecte: scilicet per indicium

principiorum rationis probatiue. Nam hoc propositum facere potest quod idē Aristoteles in fine secundi libri prioris in cap. d'enthymemate dicit: quād icos est propositio probabilis: sed signū est propositio demonstrativa. id est premissa demonstrationis, que ideo dicitur signum/ quia est indicium quo potest cognosci conclusio perfecte et distincte. Et in eis etiam patere potest quomodo ille due analogie ex reb⁹ corporeis accepte analo certificant nos in hac Aristotelis doctrina. quarum altera erat oculu / et lumen corporis coloribus figuris: altera de domino / et seruo fugiente: sed per indicium precedens cognito a suo domino. Imo ille due analogie in unam mixtā ex cōsiderandi possunt. Nam oculus est ut dominus: colores et figure res: serui fugientes: lumen est indicium ad seruos cognoscendos quando occurrerint. Eodem modo in spiritualib⁹ intellectus noster est/ ut oculus et ut dominus. conclusiones scientiarū ut colores seu figure / et ut serui fugientes: principia p̄f nota sunt ut lumen: et principia demonstrationis subscura ut indicia. Num eliciimus ex toto prohemio: quād quāuis omnis noticia intellectiva / nō omnis sensuā de nouo fiat ex alia previa cognitione uestimiliter et omnis noticia intellectiva adhesua fiat ex preexistente intellectiva apprehensua: tamē non omnis noticia complexa adhesua fit ex alia previa complete adhesua / ut patet in propositionibus primi generis: que non sunt ex aliis prioribus propositionib⁹: sed hoc solum est verum in propositionibus secundi generis. Et in eis noticia adhesua conclusionis que de nouo acquiritur: non fit ex preexistente cognitione alterius propositionis: nisi quatenus illa cognitione est etiam cognitione eiusdem conclusionis. Quare prima huius prohemii Aristotelici prelocutio: quod omnis noticia intellectiva de nouo acquisita in nobis fit ex alia preexistente cognitione: si specialiter ad conclusiones scientiales

## Caput primum quod & prohemunt.

contrahatur: est intelligenda de premia cognitione eiusdem rei: nec sufficeret pre-existentis cognitionis alterius: nisi eadem etiam esset cognitionis istius: scilicet conclusionis de novo sciendi. hic enim est precepsus Arist. scopus in hoc prohemio: quo antiquorum errores residere revolut.

### ¶ Questiones idonee circa hoc prohemium.

**H**abita ex predicio commentario certa et clara intelligentia huīus prologi Aristotelis: videtur poterit quilibet sensatus quam apte vel quam inepte questiones disputatione hic a plerisq; scoliosis. Et in primis questione illa aqua omnes fere incipiunt: videtur nimis frigida et insuffsa. Tertiū omnis doctrina et omnis disciplina fiat ex pre-existenti cognitione tē. Nam p̄incipia scientiarū cum fuerint bene declarata et sane intellecta: sunt supponenda: et non dubitanda/ neq; argumentis impetenda. hec autem propositio: omnis doctrina et omnis disciplina tē. est primi principiū artis demonstrativa: cuius signi est quia Aristoteles non sillogismo/ sed sola inductione eam declarauit et verissimam ostendit. Potius ergo esset inquirendā huius theorematis recta et sana intelligentia: quam eius veritas dubitanda. et hoc munus commentatoris plani est: nō autē questionis rigorosus. **I**lla deinde questione. viri sint tantum due pre-cognitiones tē. etiam inepta est. nam dissimilitudines et distinctiones vocabulorum in scientiis principia sunt: unde supponenda et non dubitanda. sunt enim pre-cognitiones quid nominis: quod etiam in cap. sequenti ad notabili Aristoteles: ubi distingueat hoc nomen principiū vel propositione immediata. **T**ertio illa q̄stio. viri in qualibet demonstratione in qualibet scientia de subiecto eius oporteat supponi et pre-cognitioni quia est: similiter est preter literā et sensum Aristotelis ut prius notauimus: esset rāmē aprior hec questione. In secundo libro huīus: ubi agetur de

questionibus scilicet libilibus. **Q**uarto illa questione. utrum cognitis maiore et minori simul tempore cognoscatur coclusio tē. quāuis sit preter Aristotelis literam atq; sensum: nihilominus est digna viris sapientibus: quia bonam difficultatem tangit. **Q**uinto illa. utrum de modis sit subiectū attributionis huīus doctrine posteriorū: potius est pre-cognitioni quam questione. vniuersit enim autori liberum est de quo velit tradere scientiā: et huius non est ab eo querenda ratio: sed ea supposita de aliis est inquirendum. **S**exto illa questione. utrum possibile est nos aliquid scire de novo: est huīus prologo maxime propria et de intentione Aristoteles. unde in ea essent laxanda arguti doctoris retia: et diffuse pertractanda. inquirendo radices erroris contrarii: et laborando in extirpatione earum: et in confirmatione veritatis nostrae. In aliis autē q̄ndq; supradictis questionib; valde succincte esset agendum.

### ¶ Dispositio horum librorum in partes suas.

**E**xpedito phemio de intentione autoris: aggreditur Aristoteles tractatus de disciplina demonstrativa: q̄ p̄tū est in duos libros. Primum corū est de natura demonstrationis: ostendendo. s. ex quib; et qua libris principijs/ tam materialib; quam formalib; procedat demonstratio. agit etiam de partibus et passionibus demonstrationis: et de diversitate demonstrationium et coparatione earum: et de diversis de coparatione scientiarū inter se. et quomodo scientia differat ab opinione et ab aliis nostris speciebus. Secundus liber principaliter disputat de medio demonstrationis quod est dissimilitudo. et quāliter sit invenienda: et quomodo est suo dissimilitudo applicanda actoī demonstrationi. et tādem de primis principijs scientiarum quemadmodū sunt notificāda. **A**d hunc primū liber a diversis expositoribus diversis modis dividitur. sed inter alios dividēti modos eligā cum

## Primi libri posteriorum.

Qui clarior nullus visus est: faciam enim in toto primo libro capita viginti quinq<sup>ue</sup> consummato capite precedente prohemiali, que breuius dividendo in solas decem partes distribuisitur: que ab antiquis tractatus dicitur. Primum tractatus fuit prohemium ynicō capite tripartito absolutum. Secundus tractatus ibi, scire autem opinamur: est de scientia et de demonstratione in genere: habet duo capita. Tertius tractatus ibi quoniam autem agit de tribus conditionibus propositionis demonstrative: que sunt de omni / perse / et secundum quod ipsū, habet similiter duo capita. Quartus ibi, si igitur est demonstrativa scientia, declarat distinctionem materialē demonstrationis ostendens per quinque capita ex quibus et qualibus sit constituta demonstratio. Quintus ibi difficultate autem est de diversitate principiorum demonstrationis penes cōmune et propriū, habet tria capita. Sextus tractat⁹ ibi: sed quia distert et propter qd. dividit demonstrationem in species: et comparat eas adiuvicem. habet duo capita. Septimus ibi ignorātia autem: disputat de sillogismo deceptionis contrario demonstrationi, habet similiter duo capita. Octau⁹ tractatus ibi est autem omnis sillogismus: intendens probare prima demonstrationum principia esse danda: probat non esse processum infinitum in demonstratiis propositionibus ac terminis, habet duo magna capita. Nonus tractatus ibi cum autem sit demonstratio alia: comparat demonstrationis / non species / sed partes in modo: scilicet affirmatiuam / negatiuam / vniuersalem particularē tē. habet tria capita. Decimus tractatus ibi certior autē scientia: comparat scientias inter se, et distinguunt scientiam ab opinione et ab alijs noticiarum generibus, habet similiter tria capita. Et sic sunt in toto p̄mo libro viginti quinq<sup>ue</sup> capita: sed alijs dimissis huius secundi capit⁹ rubrica, vel summarū huiusmodi est,

¶ Caput secundum primiti libri posteriorum in genere declarat naturam demonstratis et scientie per suas distinctiones duplicates.



Circa autē optūnamur tē. Declarat in prohemio intentione Aristotelis in hoc opere suorum posteriorum: scilicet quid velit doctrinam logicā de demonstratione (quam summopere necessariam probauerat) nobis tradere: hic iam aggreditur illa doctrinā. Et procedit in ea artificio demonstrativo: volo dicere quod doctrinā de demonstratione tradit demonstratiū: quāvis Egidij Roman⁹ debilitā quadā et sophistica ratione persuasus: oppositiū tenet: dicens qd. logicus nō potest demonstrare aut demonstratiū docere alii qd. vnde infert qd. logica nō est scientia: qd. non est tradita demonstratiū: immo neq; trādi potest. Ego autem dico qd. omnes discipline sermonales habet reflexionē supra seipſas: t̄ sicut grāmatice cōgrē loquēs docet congruā loquitionē: et similiter rethorica ornata agēs docet ornata cōtināq; orationē: ita logica argumētando docet argumētationē: et demonstrando demonstrationē: et dialectice arguendo tradit artem dialecticā: quāvis nō concedā qd. sophisticē arguēdo doceat artem sophisticā. Relecta ergo Egidij collusione dico iterū qd. Aristoteles in hoc opere procedit artificio demonstratiū: incipiendo scilicet a precognitionibus terminorū huius artis, quorū precipui sunt demonstratio et scientia vel scire, nam hoc nomine demonstratio est subiectum attributionis in hac scientia: ei faciens scire est propria passio eius / vel generans scientiam / vel causa scientie. Ad demonstrandam vero

Utrum logica possit aliquid monstrare.

## Caput secundū de scire & demonstrationē.

hanc passionem de suo subiecto premit  
tit diffinitionem demonstrationis vt me  
diū sūi argumēti, verum quia passio  
illa est maior extremitas: de qua etiam  
opus est p̄scire quid est sicut de sub  
iecto: ante diffinitionē demonstrationis  
ponit diffinitionē scire vel scientie. Pro  
batio sua vt diximus est demonstrativa  
hoc modo, omnis bona argumentatio  
procedens ex premis̄ veris / et necessa  
rijs / prioribus / notioribusq; cōclusione  
probanda est faciens eam scire. sed om  
nis demonstratio potissima procedit ex  
premissis huiusmodi, ergo omnis demo  
stratio potissima est argumentatio fa  
ciens scire conclusionem sive generās  
scientiam cōclusionis quam probandā  
assumpserat, huius illogismi maiorem  
(quia est nota ex terminis) Aristoteles  
non posuit in suo textu: sed solum decla  
rat terminos eius, minorē vero (in qua  
predicatur diffinitio de suo diffinito) de  
clarat extense per singulas particulas  
eius: quia cū sit propositio immediata:  
sola inductione probari potest, cōsequē  
tia tandem est bona et formalis in primo  
modo prius figure, quare cōclusio est  
vera et evidens in sua veritate. Hec est  
intentionis principia huius capituli, quod  
in tres partes diuidi potest. Prima est  
de diffinitionib; predictorum duorum  
terminorum. In secula / ibi, est autem  
principium, occasione accepta ex diffi  
nitione demonstrationis: declarat hoc  
nomen principiū scientie: diffinitio  
ne et diffinitione. In tertia parte / ibi, quo  
nam autem oportet credere: compa  
rat noticiam principiōrum ad noticiam  
conclusionis penes dignitatem ma  
jorem et minorem. Quare autem in  
prima parte Aristoteles prius posuit  
diffinitionem scientie vel scire: quam  
diffinitionem demonstrationis: dicunt  
quidam hoc īdeo factum esse: quia de  
monstratio est quoddam instrumentū  
logicum: cuius finis est scire: instrumē  
tum autem omne suo fine suaq; opera  
tione diffiniri habet: vt Aristoteles do

cet in sexto libro suorum *Topicorum*,  
vnumquodq; inquiēs organorum pro  
pria operatione diffinitur: vt serra / sea  
curis / dolabra rē. ergo quia demon  
stratio diffinenda erat, per scire; scilicet  
per proprio eius opere: optimē Aristote  
les prius declarare voluit ipsum scire: ne  
per ignota procederet in diffini  
tione demonstrationis. Sed ego pau  
lo superius aliam huius rei dedi ratio  
nem: scilicet quia faciens scire est pas  
sio demonstrationis: et passio cum sit ma  
ior extremitas: prius erat declaranda  
quam subiectum quod est minor extre  
mitas, precedit enim in demonstratio fil  
logismo maior propositio: in qua ponit  
tur maior extremitas. Ipsius scire  
duas ponit diffinitiones secundi duas  
eius acceptiones, nam scire potest acci  
pi stricte et prop̄issime: vel large et cō  
muniter. Diffinit ergo primo scire stri  
cte et proprie dicens.

**Scire** autem opinamur: id est  
putamus nos vnumquodq; simpliciter  
id est perfecte et proprie loquendo de  
ipso scire, non autem sophistico modo,  
id est solum appartenet quod est secun  
dum accidentis: id est secundum aliud  
quodcumq; acciderit nos rei noticiam  
accipere. Scire inquam proprie nos cre  
dimus: cum arbitramur nos cognoscere  
causam propter quam res scibilis  
est: et non solum causam: sed etiam  
cum arbitramur nos cognoscere quo  
niam illa causa est illius rei causa: sed  
neq; hoc sufficit ad scire proprie dicisse:  
sed ulterius requiritur, quod non est  
contingere: id est non est possibile hoc  
quod scimus alter se habere quam il  
lo modo quo nos illud scimus. Quia  
enim immediate prius dixerat Aristote  
les quod non est inconveniens illud  
quod prius aliquo modo / imperfecte /  
et secundum quid sciebamus: addisce  
re de novo simpliciter et perfecte, sub  
dit nūc qd sit hoc scire simpliciter et p̄fe  
cte: qd de novo acquirimus per demon

Dubitis  
facile.

## Primi libri posteriorum.

strationem. Et ad hoc denotandum apposuit coniunctionem illam dicens: scire autem et scilicet ut ostenderet se respondere ad id quod immediate precesserat. Et ergo clarus sensus huius distinctionis. quod scire aliquid simpliciter et perfecte nos arbitramur: quando rei scibilis propriam causam cognoscimus: aqua res illa dependet: et scimus eam applicare ad rem scibilem: et scimus quod impossibile est rem illam aliter se habere: quam nos eam cognoscimus se habere. nam si secundum aliquid aliud res illam cognoscimus quam secundum causam suam: hoc non est simpliciter scire eam: sed solum apparenter et sophistice. id est more sophistariorum: qui per quodcunq; accidit eos accipere noticiam rei putant se illam scire. verum hec particula inferius in cap. v. magis declarabitur: ubi erit sermo de vniuersali et de secundi quod ipsum: cui repugnat finis accidentis. Adhuc clarius. scire proprie et perfecte aliquid est cognoscere propriam causam eius: aqua res illa dependet in suo esse: et non sufficit quecunq; noticia illius causae sed oportet quod cognoscatur distincte et proprie. et preter hec requiritur quod res illo modo scibili sit penitus immutabilis: sic quod nullo modo possit aliter se habere. alias illud scire non esset certum: quare neque scire simpliciter perfectum. Alii dicunt alijs verbis. scire vel scientia actualis est noticia evidens et certa habita de re per precedentem noticiam sue cause applicata ei in argumentatione probativa. **R**esolutio ergo huius distinctionis est: quod scire simpliciter et perfecte: est noticia rei certa et evidens: que procedit ex noticia sue cause: non quidem confusa sed distincta et propria: et applicata sive appropriata. Hanc distinctionem (cum sit quid nominis et principiis superponendum) probat Aristoteles ex communis vnu loquentium / vicens.

**C**Manifestum igitur est: scilicet

quod scire sit aliquid huiusmodi. id est tale quale diximus: quia tam non scientes quam scientes opinantur scire sic se habere: scilicet causam rei cognoscere et. Quāuis in hoc iudicio sit discriben inter scientes et non scientes. quia non scientes opinantur se scire: quia opinantur se causam rei cognoscere: quam tamen forte non cognoscunt: vel si causam cognoscunt: forte non quoniam illius est causa propria scientes autem et vera causam cognoscunt et veram scientiam habent: nec decipiuntur. Ergo ex communis vnu loquentisi distinctione scire quam edimus constat in veritate. non enim est aliis melior modus probandi distinctiones vocabulorum quam ex communis vnu loquentium. si igitur emines quia hoc vocabulo vnu in hac significatioe ipsum accipiunt: certum est hanc eius distinctionem esse bonam. Cōsonat huic distinctioni illud quod in prohemio metaphysice dicit idem Aristoteles: scientie acquisitionis est causarum inventio. nam effectus manifestus cuius causa ignoratur causat admirationem. qui autem admiratur: ignorare videt: scilicet causam. Et subdit quod propter admirari ceperunt hoīes philoiophari. i. causas rerum inquirere: scilicet ad tollendam ignorantiam et ad habendam scientiam de rebus. **A**dvertendum tamen circa hanc distinctionem: quod Aristoteles scire semper orditur a cōmunitib; et in principio semper confuse loquitur et per vocabulalvalde generalia: vi postea ex illis descendat ad magis specialia magnis distincta et clara. distinctionem ergo sci re in hoc loco per vocabula transcedentia. que sunt / re / causa / cognitio et adeo ut sit hoc vnu cōmune principiu in analogia ad omnes scientias: scire est rem per causam cognoscere. nam hoc principio vitetur ipse in prohemio phisicorum / in prohemio et in sexto metaphysicorum / et alibi sepius. Ergo cum vocabula hec sint equiuoca: hoc principium non eodem modo est intelligendum in ob<sup>2</sup>

## Caput secundum de scire & demonstratione.

omnibus scientijs, nam in scientijs rea libus hec nomina sunt accipienda prime intentionaliter: scilicet de re q̄ est scibile remotissimi: et de causa eius in essendo. in scientijs vero sermotionalibus ea dem vocacula debent esse secunde impositionis vel intentionis. Erit ergo hoc principium logicū: si res accipiatur pro conclusione: que est scibile propinquū: et causa pro principio probatiū conclusiois: que est causa eius nō in essendo sed in cognoscēdo: sic tamē qđ importet causam rei significate per conclusiōē. et hoc modo est intelligenda in proposi-  
to hec diffinitione scire, nam paulo inserit⁹ in hac prima parte huius capituli nomi-  
nat Aristoteles causas cōclusionis pri-  
cipia probatiua eius. Applicando ergo  
hanc diffinitionē ad nostrum propositū  
huiusmodi sensus elicetur. Scire pro-  
priissime & perfecte est cōclusionis pro-  
bāde cognoscere principia propriā: pro-  
pter que ipsa est cognoscibilis certe et  
evidenter: dum modo etiam ipsa sit pro-  
positio necessaria et immutabilis a sua  
veritate, que si per aliqua alia principia  
probaretur: non esset aliqua proprie scire nisi  
sophisticū: id est solum apparenſ & non  
erit sensis. Hoc precise denotant hec Ari-  
stotelis verba. scire autem opinamur  
vñiquodq̄ simpliciter: & non sophisti-  
co modo: quod est secundum accidentē:  
et causam arbitramur cognoscere pro-  
pter quā res est: & quoniam illius est cau-  
sa: non est contingere hoc aliter se ha-  
bere. Et post probationē eius ex cōmu-  
ni vñloquentiū tam doctoris quam in  
doctoriū: infert vñnum corollarī de obie-  
cto ipsius scire: qđ dicitur scibile: dices.

**C**Quare id cūtus simpliciter.  
id est perfecte & proprie est scientia: hoc  
impossibile est aliter se habere. i. opor-  
tet esse necessariū: quod si realiter intel-  
gatur: dñ nulla re infra deum potest esse  
verū: qđ qlibet creatura est mutabilis  
et potest aliter se habere multis modis:  
si vocabula sibi prime intentionis vel

impositionis: vt pleriq̄ intelligunt, qua-  
re de nulla re cōtra dñm posset haberi  
scientia simpliciter: nisi fingantur idee  
vel nature cōmunes eterne/et immuta-  
biles: quod nō bene sonat in fide catho-  
lica. ergo dicendum est quod impropo-  
sito li aliter se habere vel necessarium  
accipiatur in secunda intentione vel im-  
positione: pro eo quod est nō posse mu-  
tarī a veritate in falsitatem. i. pro neces-  
saria propositione, vt sit sensus correla-  
rī: id cuius est scientia simpliciter. i. obie-  
ctum scientie proprie & perfecte: impos-  
sibile est aliter se habere. i. mutari a sua  
veritate. Sequitur autē hoc corollarī  
ex illa particula diffinitionis: scire sim-  
pliciter: quod non sciat scire proprie & per-  
fecte: quod nō esset nisi res sciretur per  
omnimodā certitudinem. hoc esse non  
posset: si id cuius est scientia posset aliter  
se habere. i. mutari a sua veritate. nā  
eo mutato & falsificato: iam eius nulla  
est scientia: quia nulla vera noticia.  
Si autem nō possit aliter se habere: eius  
noticia vera est certa & perfecta que di-  
citur scientia simpliciter. vnde relinqui-  
tur probata ultima pars diffinitionis:  
scilicet non est contingere hoc aliter  
se habere. Sed quia posset aliquis cō-  
tra hanc diffinitionem scire arguere di-  
cens quod aliquādō potest causa sciri  
per effectum: ergo non semper scire est  
causam rei cognoscere: sed aliquando  
est cognoscere effectum cause: ad hanc  
tacitam obiectionem respondens Ari-  
stoteles dicit.

**C**Si autem est altius sciendi mo-  
dus, id est aliter quam per causam rei:  
posterioris dicimus in hoc primo libro  
posteriorum: scilicet in capite decimo  
quarto: vñl demonstrationum sp̄cies  
distinguemus: & inter alias ponem⁹ de  
monstrationem quia ex effectu ad cau-  
sam procedēdo. s. accipiendo causam rea-  
liter. vi luna eclipsatur: ergo terra est  
interposita inter solem et lunam. Hunc  
autem voluim⁹ definire scire prepr̄iūs:

C

# Primi libri posteriorum.

sime dicitur atque perfectissimum: et hoc non est nisi per causam rei. Sed propter insiniores distinctiones scire certe et perfuse, ut probet scire per causam et scire per effectum: hoc modo.

**D**icimus autem scire. I. accipere solum communis hoc nomine scire: ut sit idem quod per demonstrationem intelligere. I. cognoscere conclusionis veritatem. Sive illa procedat per causam sive per effectum: dummodo conclusio sit necessaria et immutabilis a sua veritate / et per demonstrationem sit probata clarissime atque omnimodo certitudinem. sed non omne huiusmodi scire est perfectissimum aut potissimum.

**E**x hac ergo Brisko distinctione apparet quod hoc possit scire: quod erat definitio prima distinctionis: possit accipi multis modis. et invenimus in vobis sapientibus quatuor eiusdem acceptiones.

Primo certissimum: ut dicatur assensum veri cuiuscumque propositionis sive illa sit necessaria et scientifica: sive contingens aut vulgaris. nam oenam talem propositionem dicimus nos scire quando cognoscimus eam esse veram sive per certitudinem sive per aliquam probabilitatem ac verisimilitudinem.

Secundo modo minus communiter: ut scire dicatur assensum veri certissimum / et sine formidatione: et hoc maxime in propositionibus scientiarib[us] quae sunt necessarie: sive ille sunt principia / sive conclusiones scientiarum. et istis duobus modis Brisko non diffinit hic scire: sive in prima: sive in secunda distinctione. Tertio scire primo modo comprehendit subiecta veram scientiam et opinionem sed in hoc opere non agit Brisko de opinione / sed soli de vera scientia. scire vero secundo modo comprehendit subiectum intellectum principiorum et scientiam conclusionum: hic autem soli intendit Brisko de scientia conclusionum / distinguishing eam ab intellectu principiorum: ut paler fieri circa finem huius capituli.

Tertio ergo modo scire accipi solet specialiter pro solo assensu vero et certo conclusionis scientiarum: sive ille sit acceptus per causam: sive per effectum: et hoc modo est definitio seconde distinctionis: scilicet scire est per demonstrationem. certissimum probatum intelligere con-

clusionem esse veram. Quarto denique modo accipitur scire specialissime et stricte. pro solo assensu conclusionis scientifice vero et certo acquisito per demonstracionem: quod procedit ex noticia cause ad effectum manifestandu[m]. et isto modo scire fuit definitio prima distinctionis: scilicet scire autem opinamur et hoc sit notum per illam particulam simpliciter. I. scire simpliciter: quod est proprie dictum et perfectissimum.

Supradictis quatuor modis scire correspondunt quatuor modis argumentationis probatiuarum. nam primo modo correspondet argumentatio probativa in communione. sive sit sillogismus sive induc[tio]: sive probet certissimum sive dialectice solita. Secundo modo correspondet argumentatio probans certissimum: sive illa fuerit sillogismus sive induc[tio]. Tertio modo correspondet non induc[tio] quod est principiorum: sed solus sillogismus demonstrationis certissimum. et hoc sive illa demonstratione procedat a causa ad effectum: sive ex causa ab effectu ad causam. Quartu modo correspondet demonstratione potissima quod est sola illa quod procedit a causa ad effectum: sic quod in premissis declaratur causa: quare ita est sicut per conclusionem significatur. Unde de patet quod hoc nomine demonstratione correspondenter ad duos ultimos modos ipsius scire: duplicitate accipi potest. Primo communiter. si quod dicta est correspondere tertio modo: et alio modo specialiter sive proprieta correspondet ad tertium modum ipsius scire et utrumque istorum modorum Brisko diffinit demonstrationem: primo certe scabo proprieta. Post distinctionem igitur scire Brisko diffinit demonstrationem. et primo accipiendo demonstrationem certe dicens.

**D**emonstrationem autem dico &c. sensus est. dico. I. definitio demonstrationis communiter: quod sit sillogismus epistemoni con grece. I. scientiarum vel scientificus latine. quauis oes codices latini in hoc loco sunt corrupti: quod habeat apodicticon

## Caput secundum de scitè & demonstratione.

ex vicinov interpretis vel scriptoris. apodicticon em græce demonstratiū est latine. quare diffinitionis sensus esset. dmostratio est sillogism⁹ demonstratiū et diffiniretur idē p idē ḡ correta litera est. demonstrationē autē dico sillogism⁹ epi stemonīcō. i. faciēte scire: vel sillogism⁹ sciētiale. sed qā sillogism⁹ dicit sciētialis dupliciter. s. vel qā eo vñs aliqua sciētia: vel qā causat sciētia: ideo Aristoteles. volēs hoc dubium declarare dicit.

**E**pistemonicon dico: secundū quē (in habēdo ipm) scim⁹. sensus est. sillogism⁹ appello sciētifici: fm que sci mus. i. eo qd ipm habētes sciētia acq̄rimus. q. d. demonstratiō sillogism⁹ sciētific⁹ nō primo modo. sed scđo. i. sillogism⁹ faciē nos scire cōclusionē. s. accipie doscire cōtert i tertia acceptiō. **D**ic de Arist. diffinitiō dmostratiōne ppc̄ t stricte acceptā: q̄ correspōdeat pīme diffinitio nī ipsi scire ppc̄ t stricte acceptiō dices.

**S**i igit̄ est scire vñ posuitn⁹ &c. sensus ē. si diffinitio pīma ipsi scire fuit bene posta t bene intellecta: necesse q̄ dmostratiō sciētia. i. dmostratiō cōclusio scire illo modo: aliter diffiniatur vt dicas. qd dmostratio est sillogism⁹ pcc̄ dē ad pbandā cōclusionem ex veris premissis / t pīmis / t immediatis / t notiorib⁹ / t pōrib⁹ / cauſis cōclusionis. Par tes singulas hui⁹ diffinitionis declarare intēdes: pīv responder tacite obiectioni qua posset argui hec diffinitio insufficiens t diminuta: deficit em illa pticula: pprīs pncipīs. nā in diffinitione ipsi⁹ scire dicebat qd ad scire pprīe dicit re qritur qd cognoscam⁹ cauſam: qm ilius est cauſa. i. cauſam pprī. qd est dicere pncipīa pprīa. supposuitn⁹ enim qd in hoc loco cauſa esset accipieda se do intentionaliter pro premissis q̄ sunt cause cōclusionis. s. in cognoscendo. Ad hāc obiectionē respōdens Aristot. dicit.

**S**ic em & propria erūt pncipīa t. i. sic diffiniendo demonstrationē sciat nos diffiniūm⁹ eam; etiā denotat

q̄s pncipīa demonstrationis erit pncipīa pprīa eius qd dmostratur. i. conclusōis. q. d. ista pticula in alijs est sub intellecta. Uel potest esse sensus. sic em facia dmostrationē. s. ex veris / primis / t immediatis t. pncipīa ei⁹ erit pprīa cōclusioni que dmostratur. ita qd nō sit possibile demonstrationē esse ex primis veris t. quin etiā sit ex pprīs. Et ratio est dā ultima diffinitionis pticula erat causis cōclusionis. nō possent autē premissae esse cause cōclusionis in cognoscēdo cā pfect: nisi essent ei⁹ pncipīa pro pria. nā vt infra latius pbatur sum⁹: ex cōmuni⁹ vel extraneis pncipīa nō sit sciētia conclusionis. quare nīa diffinitio nō fuit diminuta: qā illa pticula ex pprīs in alijs est inclusa maxime in ultima. Addit Aristoteles.

**S**illogism⁹ quidē erit. i. esse poterit bonus et probatiō cōclusionis alio modo: sine his pncipīis propriis cōclusionis: sed ille nō erit dmostratio: sed dialectic⁹ soli modo sillogism⁹: t ratio est. quia nō faciet scientiam cōclusio nis proprie dictā si non procedat ex pprīs: sed faciet forte opinionē eius aut alia noticiam debiliore. Aliqui tamē expositores hanc clausulā referrunt ad totam diffinitionē demonstrationis: quā dictum est dmostrationem esse ex pīmis veris immediatis t. nam sine his conditionibus omnibus simul sillogism⁹ nō erit forte bonus: sed non erit dmostratio: quia non faciet scire cōclusionē cum non procedat ex primis veris t. sed ex quibusdam alijs. **A**d hūius sue expositionis declarationem dicit ipst: qd hec diffinitio dmostratiōnis differt ab alia priore: qā illa erat formalis: hec nō ē materialis. illa em̄ diffinebat per scire quod est dmostratiōnis forma vel finis: hec vero diffinit dmostrationem per pncipīa materia lia ex quibus ipsa componitur: scilicet ex primis veris t. Hunc autem ex doctrina Aristoteles in hoc pīmo libro. in

De or-  
die du-  
arū dis-  
finitio-  
ni de-  
mōstra-  
tionis.

## Primi libri posteriorum.

fra in capite nono. quando eiusdem rei  
dantur duc distinctiones causales alte-  
ra formalis. i. per causam formalem vel  
finaliem; et altera materialis. i. per cau-  
sam materialem eiusdem rei: distinzione  
materialis potest demonstrari per dissi-  
nitionem formalem. et hoc idem habe-  
tur ex secundo libro phisico cum prope si-  
ne. et ratio est quia materia est propter  
formam in rebus naturalibus: et mate-  
ria et forma sunt propter finem. ergo ex  
forma datur ratio dispositiois materieis  
et ex fine est sumenda ratio tam formae  
quam materie. Ad propositum ergo di-  
cit qd superior disstinctionis demonstratio  
erat formalis hec vero materialis: er-  
go hec per illam erat probanda. qua-  
re ista clausula est probatio consequē-  
tie illius. si igitur est scire ut possumus:  
necessere est demonstratione esse ex pri-  
mis veris. et consequentia illa est qua  
ex prima distinctione formalis demonstra-  
tionis inferit secundam que est materia-  
lis. Hunc et probat illam consequētiā. et  
opposito cōsequētiā inferendo oppositi  
antecedētis dices: qd sine his premissis  
materialibus bene erit sillogismus: sed  
nō erit demonstratio. non enim facit sci-  
re qd est oppositū prime distinctionis.  
hec dñs Egidius in suo cōmentario. Sed  
salua ei reuerētia totus iste suis proce-  
sus fundatur in uno falso supposito: scz  
qd in prima et in secunda distinctione de-  
monstrationis sit idem disstinctionis: qd iam  
ostēdimus esse falso. qd in priorē dissi-  
nitione demonstratio accipitur cōmuni-  
ter prout sub se cōprehendit demonstra-  
tionē qd et ppter qd/olensiuā/ et ad im-  
possibile/ et alias species demonstratio-  
nis: et correspōdet tertie acceptio ipsius  
scire per qd et disstinctio. hec vero secun-  
da disstinctio est soli demonstrationis pro-  
pter qd et potissimum: et correspōdet scire  
acceptio in quarta acceptione: cuius et da-  
ta est disstinctio in principio huius capi. qd  
est scire simpliciter et pfectissime. Qua-  
re regula illa δ demonstratio materia-  
lis distinctionis pformaleverissima qdē

est: sed nō habet locū in pposito: cuius ille  
due distinctiones nō sīnt eiusdem distinctionis.  
Et cōfirmatur hec mea ratio. qd Arist.  
inferēs materialē distinctionē demonstra-  
tionis nullā fecit mētione de pma ei⁹ dis-  
sitione: sed solū de disstinctione ipsius sci-  
re simpliciter pfecti dices. si igitur est scire  
ut possum⁹ i. disstinctio a pncipio. qua-  
re disstinctio materialis demonstratiois  
infertur ex disstinctione ipsius scire qd in pn-  
cipio cap. posta erat hoc modo. scire ar-  
bitramur vñ si quod simili qd causam  
illius cognoscim⁹ et ergo demonstratiois  
sillogism⁹ qd est facies scire pcedit ex pri-  
mis veris et immediatis et omnia probatur  
qd sine his premissis cōclusioni pproi-  
posset qdē esse sillogism⁹ aliquo modo  
probatur cōclusionis: sed nō esset demo-  
stratio: qd non faceret scire simpliciter.  
Exclusa itaq obiectio illa tacita qd  
cōtra disstinctionē demonstratiois insur-  
gere videbat: reuerētis Arist. ad decla-  
rādas singulas ptes disstinctionis. et inci-  
piens ab illa particula: ex veris: dicit.

**C**ura qdē esse oportet: supple  
ea ex qb⁹ pcedit demonstratio. qdī qd  
nō est. si falso: nō cōtingit scire: ut qd dia-  
meter quadrati sit simeter. et cōmensura-  
bilis coste eiusdem quadrati: non est pos-  
sibile scire in Geometria: quia est falso.  
Est ergo ratio sua hec. conclusio-  
nem demonstrationis oportet esse verā:  
ergo vera oportet esse principia ex qui-  
bus est demonstratio faciens scire con-  
clusionem. consequentia est manifesta:  
quia quāvis ex secundo libro priorum  
possit aliquis sillogismus ex falsis con-  
cludere verum: tamen vera conclusio  
non potest sciri perfecte nisi ex veris. an-  
tecedens vero probatur. quia falsa pro-  
positio nō est scibilis: sic quod assensus  
eius sit scientia: immo est error contra-  
rius scientie manifestari. errat enim  
et decipitur qui assentit false proposicio-  
ni: quare nō scit eam: sed potius habet  
nescientiam eius. **E**t verbum (non  
est) in hoc antecedente possum ab Ari-

## Caput secundum de sc̄re & demonstratione.

**A**ristoteles in greco est participiū nō ens, et accipitur ut est nomen secunde impositionis, ideo exposuimus: quod non est i. falsum non contingit scire. **C**um enim hoc nomen ens sit transcendens valde equivocum / et ad varias scientias pertinens: quādo eo utimur in logica est terminus secunde impositionis / sermonē significat, sed non eodem modo in omnibus libris, quia in libro *Perihermenias* dicitur terminus positivus: et non ens terminus negativus, ut homo / et non homo, et in hac significatione intelligitur illa maxima logica: de quolibet subiecto est verum esse / vel non esse, et de nullo simul ambo, idest de quolibet subiecto vere predicatur affirmatiue alterum contradictoriū terminiū: et de nullo simul ambo, et hā maximam supra in secunda parte precedentiū capitulo insinuauit Aristoteles, dicens, ut quoniam omne quidē aut affirmatiue / aut negare verum est r̄. Sed in primo libro *Perihermenias* in cap. de verbo ad finem: ens dicitur propositione affirmatiua: et nō ens propositione negatiua: ubi dicit, quod esse idest ens significat compositionem idest orationē affirmatiuā: quā sine extremis nō est possibile intelligere, et paucissimi regētiū locum illum bene intelligunt, sed qđ iste sensus sit verus in loco illo: ex serie literae probatur, venit enim ruptus ille ad probandum quod hoc verbū est (primo intentionaler acceptum) si pure et seorsum accipiatur: nō est oratio vel propositione affirmatiua / aut negatiua, ideo dicit Aristoteles quod non significat esse / vel nō esse, et declarans illa vocabula: (quia sunt secunde impositionis) addit, esse enim significat compositionē idest affirmatiuā locationem: quam sine extremis idest incomplemantur est intelligere, et non ens significat negatiuā orationē: verbū autem est si purū dixeris est incomplexū / et sine extremis, quare non significat esse / vel non esse, idest affirmatiue /

**P**ro. Tertio, aut negatiue. In hoc vero loco primum

Claritas accepit, hoc nomen ens sit transcendens valde equivocum / et ad varias scientias pertinens: quādo eo utimur in logica est terminus secunde impositionis / sermonē significat, sed non eadem modo in omnibus libris, quia in libro *Perihermenias* dicitur terminus positivus: et non ens terminus negativus, ut homo / et non homo, et in hac significatione intelligitur illa maxima logica: de quolibet subiecto est verum esse / vel non esse, et de nullo simul ambo, et hā maximam supra in secunda parte precedentiū capitulo insinuauit Aristoteles, dicens, ut quoniam omne quidē aut affirmatiue / aut negare verum est r̄. Sed in primo libro *Perihermenias* in cap. de verbo ad finem: ens dicitur propositione affirmatiua: et nō ens propositione negatiua: ubi dicit, quod esse idest ens significat compositionem idest orationē affirmatiuā: quā sine extremis nō est possibile intelligere, et paucissimi regētiū locum illum bene intelligunt, sed qđ iste sensus sit verus in loco illo: ex serie literae probatur, venit enim ruptus ille ad probandum quod hoc verbū est (primo intentionaler acceptum) si pure et seorsum accipiatur: nō est oratio vel propositione affirmatiua / aut negatiua, ideo dicit Aristoteles quod non significat esse / vel nō esse, et declarans illa vocabula: (quia sunt secunde impositionis) addit, esse enim significat compositionē idest affirmatiuā locationem: quam sine extremis idest incomplemantur est intelligere, et non ens significat negatiuā orationē: verbū autem est si purū dixeris est incomplexū / et sine extremis, quare non significat esse / vel non esse, idest affirmatiue /

**T**ertio, aut negatiue. In hoc vero loco primum

posteriorum ens accipitur proverba pro positione: et non ens pro falsa propositione, ideo antecedens huius rationis: scilicet quod non est non contingit scire: est intelligendum de falsa conclusione: quā eius non potest esse sciētia, sed operat quod conclusio scibilis sit ens, idest vera. **E**xempli Aristotelis geometricum est de cōparatione diametri ad costam in quadrato, nam in sexto libro geometrico Euclidis et similiter in decimo probatur: quod ille due lince sūt ad se inūicem inē mensurabiles, idest non possunt eadē cōmuni mensura numerari, vel non habent ad se ipsas proportionem numeralē, idest qualis est proportio numeri ad numerū: quorū semper est cōmuni mensura ipsa unitas, sed proportio illarum linearū vocatur irrationabilis: quia nō sicut habent sicut numerus ad numerum, vocantur ergo linea inēmensurabiles: grece assimetra, quare hec propositione: diameter est simeter, idest cōmensurabilis coste quadrati: est falsa: et idco non est scibilis conclusio, quia omnis conclusio demonstratio debet esse vera, atq; subinde omnis demonstratio procedit ex premissis veris. **A**lterā partē scilicet ex prīmis et immediatis probans Aristo, subdit:

**E**x prīmis autem & in demōstrabilibus, idest immediatis est demōstratio constituta: quā si propositiones ille essent mediate et demonstrabiles: et quis non haberet demonstrationē ipsa rum: non posset scire conclusionē per illes premissas, quia essent ignote ei, hoc patet, scire enim ea quorum est demonstratio et nō secessit accidēs, i. per aliud: est habere demonstrationē, si ergo premissarum demonstrabilis quis non haberet demonstrationē: non scire cas, quare neq; conclusionē scire per eas, si vero haberet easdem demonstrationē: iam conclusio non esset scita per eas: sed per alias ex quib; iste demonstrate sunt, quare demonstrans per premissas

## Primi libri posteriorum.

mediatas et demonstrabiles; vel non acquirit scientiam de conclusione; vel non est illa scientia simpliciter/ sed secundum accidentem, i. per aliud ab illis premissis, ergo ad sciendam conclusionem simpliciter et perfecte per aliquam demonstrationem oportet demonstrationem illam procedere ex primis et immediatis propositionibus premissis. Dicuntur autem prime quia non habent alias priores se a quibus procedant. dicuntur eadem immediate; quia non habent medium, id est antecedentes per quod probetur. et eadem ratione dicuntur in demonstrabiles; quia non possunt demonstrari per alias priores propositiones tanquam per medii probatum, opposito modo; aliquae propositiones dicuntur mediate et demonstrabiles; quare et non prime. Ergo intentio Aristotelis in hoc paragapho (quam vix unus ex milie commentatoribus haecenun intellexit) est hec. demonstratio faciens scire simpliciter et non secundi accidentis conclusionem quam probat: non soli debet procedere ex veris; sed etiam ex immediatis et primis atque in demonstrabilibus premissis; alias velilla demonstrationis nullo modo faceret scire conclusionem suam: videlicet non solum demonstratis premissis suis, vel faceret conclusionem scire per accidentem, id est per aliud ab ipsa: scilicet per aliam vel alias demonstrationes precedentes eam: et non immediate per seipsum: quod non esset scire simpliciter, nos autem in hac distinctione solum loquimur demonstratione que facit scire simpliciter: ergo debet procedere ex primis et immediatis premissis et. Consequenter cum dicit.

**C**ausasque notiores esse oportet et accedit ad probandas alias partes supradicte distinctionis, et primo illa causis conclusionis.

**C**ausas quidem, suple conclusionis esse oportet premissas in demonstratione scientifica; quia ut in distinctione ipsius scire diximus: tunc res scimus

cum causas earum cognoscimus, et est commune proloqui apud omnes sapientes, ergo demonstratio faciens scire procedere debet ex causis conclusionis, quia ipsa conclusio sicut et quilibet alia res debet sciri per suas causas. Unde patet clarissime quod Aristoteles applicans hic distinctionem scire ad suum propositum: expavit hoc nomine causa in sectu impositio: scilicet pro sermone: quia premissas demonstrationis appellat causas conclusionis. Hinc tunc dicit.

**E**t priores probat illam partem: ex prioribus, et ratio sua hec est. demonstratio de qua hic loquimur procedit ex causis ut probatis est: ergo procedit ex prioribus, consequentia tenet quia cause priores sunt effectibus. Eadem ratione probat alia particulam ex notioribus, ibi.

**E**t notiores: quia omnis causa est notior suo effectui: quia per causam notificatur effectus, et premissae sunt cause conclusionis: ergo sunt notiores ea. Sed aduertendum quod ille terminus notiores in proposito non debet accipi: ut dicit maiorem intentionem vel perfectionem speciei noticie: quia de hoc sensu inferior est disputandum: sed accipitur ille coparatus: ut dicit ordinem cognitionis premissarum ad cognitionem conclusionis. Vnde premissas demonstrationis esse notiores conclusiones: et intelligendum, prius notatas vel precognitas ante conclusionem, et quia in precedenti capitulo posse erant due species precognitionis in demonstratione: scilicet quid est et quia est: addit hic Aristotle, quod oportet premissas demonstrationis esse notiores, i. prius notatas: non soli altero, i. solo uno modo intelligendo qui est precognitionis quid est suorum terminorum: sed etiam secundo modo qui dicitur quia est: hoc est debent esse prius notata etiam insciendo quoniam sunt vere propositiones: hoc per in dubitate certitudinem suaveritatis, alias non esset scire simpliciter conclusionem. Occasione vero huius partis ad maiorem declarationem eius:

## Caput secundū de scire & demonstratione.

subdit Arist. vñ diuisionē bimētrē ibi.

**C**l Priora autem & notiora dicuntur dupliciter tē. Et diuiso est quod alii quid dīci prius aut notius altero cōtingit duobus modis. uno modo simpliciter & secundū naturam: alio modo secundū dum quid, & quo ad nos, et rationē huius diuisionis, quia non semper idē est primū secundū naturam et quead nos, neq; semper idem est notius secundū naturā et quo ad nos, immo sepius contingit in naturalibus quod effectus sunt priores & notiores quo ad nos quā cause corūque tamē secundū naturā & sunt priores et notiores suis effectibus. Eadē distinctio apparet in doctrinis: quia non semper eadem propositiones sunt priores & notiores secundū naturā quo ad nos, et hoc modo intellecta ista diuiso facit ad hoc nostrū propositū: scilicet in propositionib; non in rebus externis: vt multi putant ponentes naturas cōmunes, vnde declarat Arist. mēbra huius diuisionis in propositionib;, ait.

**D**ico autem ad nos priora & notiora: ea que sunt proxima sensui, simpliciter autem vel secundū naturā priora & notiora sunt illa q̄ lōgi sunt a sensibus nostris. Sed qd adhuc loquutio erat cōfusa: magis eā declarans subdit.

**S**unt autem longiora quidem: scilicet a sensib; nřis ea q̄ sunt maxime vniuersalia, i. cōceptus generici et propositiones ex eis formate, vt substantia ē ens pse: corp; est mobile, aīal est sensitiū.

**P**roxima autē sensui sunt singularia, i. cōceptus & propositiones singulares, nā ille propositiones per experientiam sensu exteriorū sunt certe et evidentes: quod etiam in secunda parte precedens capitū declaratis est. Et comparans hec duo ultima mēbra subdit. Et opponitur hec adūnicē. s. maxi me vniuersalia & singularia: qd habent repugnantes rationes penes prius & posteriū cognoscibile, nā secundū ordinē na-

ture marime vniuersalia sunt p̄i nota: & singularia posterius nota, sed in ordine ad nos contraria modo se habent. qd singularia sunt p̄i nota nobis: & maxime vniuersalia posterius nota, dicit enim Aristot. in primo lib. de anima, qd aīal vniuersale aut nihil est / aut posterius est. scz quo ad nos. Per hec vero extrema possumus intermedia intelligere: scz qd ea q̄ sunt minus vniuersalia: et species specialissime & prop̄ositiones ex eis formate: sunt notiora nobis: cū sint viciniora singularib; nobis notissimis: & eadē sunt minus nota secundū naturā, sed ea q̄ sunt magis vniuersalia: ut genera subalterna et propositiones ex eis formate: sunt notiora nature: cū sint magis propinquā maxime vniuersa lib; i. generalissimis: que sunt maxime nota secundū naturā, et eadē sunt minus nota nobis quā minis vniuersalia. Ad propositū ergo redescites dicim⁹ qd Arist. in illa particula dissimilationis, ex prioribus & notiorib; intendit qd demonstratio facies simpliciter procedit ex premissis secundū naturā vel simpliciter prioribus et notioribus cōclusione probanda. quāvis principia immediata doctrinarū declarant sapientes per inductiones ex prioribus nobis & ex notiorib; quo ad nos, i. ex singularib; sensu manifestis. **D**emū x̄o in fine huius p̄iis Arist. vult probare illā p̄e dissimilitudinē q̄ subintellectū in alijs p̄iis dixerat. sc. ex p̄p̄is principiis cōclusiōis dicēs.

**E**x primis autē est. & probat sic. demonstratio dc q̄ hic loquimur p̄cedit ex p̄mis & immediasitrot probatis: & p̄cedit ex p̄p̄is principiis. p̄mis probat qd ex op̄posito p̄mis sc̄atur oppositū antis. semper enim ex p̄mis est qd ex principiis p̄mis ē. & si nō est ex p̄mis: nō erit ex p̄mis. idē nāq; est dicere primū & principiū p̄mis, qrc eadē rōne q̄ probati est q̄ illegitimi nō p̄cedēs ex primis & immediasit non facit sciēre simpliciter / sed solē secundū sc̄idens: probari potest qd si nō proce-

## Primi libri posteriorum.

dat ex propriis: non faciet scire simpli-  
citer. quia ad faciēdūm scire simpliciter  
non quectis principia valent: sed certa  
et determinata et illa sunt propria: et eadē  
probata sunt esse prima. ergo si demon-  
stratio procedit ex primis. pcedit ex pro-  
priis. Hacten Aristoteles in prima p-  
te huius capitū declarauit nobis distinc-  
tiones ipsius scire et demonstrationis:  
sive vocabula hec accipiuntur propriis  
sive sive cōmūniter: ut declaratum est.

Duo  
dubia.

prīmū.

Secundū  
dubii.

Ad fin.

i. Opio

uersalia inter se: dicens quod magis vni-  
uersalia sunt nobis prius nota: quam mi-  
nus vniuersalia. et hoc etiam veris est  
ut dicit: quia illa q̄ sunt magis cōfusa: et  
min⁹ vniuersalia sunt magis distincta.  
nos autem prius cognoscimus confus-  
se quam distincte. ut patet manifeste in  
pueris tē. Sed cū in prohemio phi-  
siorum hec eadē quē hic diuīsio repe-  
tatur: et eisdem fere verbis (ait enim q̄  
non eadem sunt notiora nobis et natu-  
re vel simpliciter) eadem videtur esse  
comparatio in loco illo/ et in isto. unde  
concludens illi sit: ab vniuersalibus in  
singularibus oportet pcedere. In super  
ex singularibus prius abstrahimus cō-  
ceptus min⁹ vniuersales: immo et ipsi  
magis vniuersales animus vniuersali-  
bus abstrahuntur: ergo etiam quo ad  
nos minus vniuersalia videntur esse  
prius nota. Ego autem saluo melio 2. opio.  
ri iudicio dicarem ad hoc dubiū concor-  
dando istos duos textus Aristotelis q̄  
penitus idem intendit in vitroq̄ eorum:  
scilicet quod in processu demonstratio  
ab vniuersalioribus ad minus vniuersala  
lia oportet deuenire. i. a premissis ad co-  
clusiones que sunt minus vniuersales  
suis premissis. Et dico quod ille premis-  
se sunt secundū naturā prius nobis no-  
te quam conclusiones: ut hic expresse et  
similiter illic probat Aristoteles. si enim  
premissile non essent nobis notiores con-  
clusione et prius ea note: quomodo per  
illas venire possemus ad noticiam con-  
clusione: vult ergo Aristo. quod naturalis  
ordo in demonstratione regrit: ut nos  
pri⁹ cognoscam⁹ premissas: q̄ sunt ma-  
gis vniuersales: quam conclusiones: que  
sunt min⁹ vniuersales. et hoc est quod  
dicit hic et in phisiorum prohemio. nec  
aliud hic/ et aliud illuc. et propterea dixi  
mus quod magis vniuersalia secundū  
naturam sunt nobis prius nota quam mi-  
nus vniuersalia. Omne enim prius no-  
tum secundū naturam sive simpliciter:  
nobis dicitur prius notis: scilicet in pro-  
cessu scientifico; quia hoc nomen notis

## Caput secundum de scire & demonstratione.

vel cognoscibile dicit in ordine ad nos cognoscentes: non autem ad aliquam aliam naturam. Quando autem Aristoteles hic dixit quod singularia quia sunt proxima sensu sunt prius nota nobis: non loquitur in processu scientifico sive demonstrativo: sed quando sine aliquo artificio incipiimus res cognoscere: claristi est quod prius habemus noticas singulares/tam complexas/quā incompleras: et ex illis abstrahimus vniuersales: que sunt principia demonstrativum & scientiarū: scilicet colligendo eas per inductionē a singularibꝫ. Et in isto ordine cognoscendi: scilicet quo cognoscuntur principia: singularia sunt prius nobis nota: et hoc non negat in prohemio phisicorum. Volut enim in phēmio illo probare quod in scientia naturali prius essent tradēta p̄ncipia vniuersalia illius scientie: quia sunt nobis notiora singularibus. i. specialibus conclusiōnibus in processu demonstrativo: et tamen ad declaranda illa principia vniuersalia in scientia naturali oportere incipere a singularibus nobis sensu manifestis: quia per inductionem sunt declaranda nō per alia principia priora eiusdem scientie: que nulla sunt. Ergo voluit qđ in processu demonstrativo scientie naturalis prius nota nobis secundū naturam debet esse magis vniuersalia illius scientie: quia illa sunt prima eius principia. sed ad habendam clarā noticiam illorum principiorū: opus est ēre per inductionem a singularibꝫ prius nobis notis per experientiam sensus. Eandem sententia penitus inuariata habemus ab Aristotele in hoc loco. nam occasione illius particule diffinitionis demonstrationis: ex prioribus & notioribus: posuit Aristoteles hanc divisionem. de duplicitate prioritatis in cognitione propositionū: altera secundū naturam: altera quo ad nos. et inde colligeret qđ illa particula esset intelligenda de prioribus & notioribus secundū naturā: que sunt magis vniuersalia. i. principia de-  
monstrationis: nam illa debent prius esse nobis nota conclusione: cum sint secundū naturam priora conclusione: et ab illis pendet naturali ordine noticia conclusionis. sed a singularibꝫ que sunt nobis prius nota ante omnem demonstrationem incipiimus: quando prima principia demonstrationis declarare voluerimus: quia illa nō iam demonstratione/ sed inductione sunt declarandas: et iste est ordo quo ad nos: et nou secundū naturā artificij demonstratiui. Nulla est ergo dissidentia inter hec duo loca Aristotelis: immo est omnimoda concordantia & penitus eadē sententia viribus: scilicet quod in processu demonstrativo procedamus a notioribus nobis secundū naturam: sed ante illū processum ad habendā noticiā principiorū demonstrationis incipiamus a notioribus no-  
bis secundū ordinem nostrum quo sine artificio scire incipim⁹ aliquid in hoc mīdo. Restat ergo venire ad primū du-  
biū: scilicet quare quidam termini et mī-  
biu-  
nus quedam propositiones dicantur natu-  
rae priores alijs: cum inter eas nullus vi-  
deatur esse ordo a natura institut⁹: sed  
precise ab humana voluntate. Sed hoc  
dubium ex ignorantia illius vocabuli na-  
tura vel potius prioritas nature insur-  
git: quare declarato illo vocabulo du-  
biū nullū erit: et clara erit omnia. Id  
dūtēndis ergo quod cū sermōtionales  
disciplīne inuēte fuerint a philosophis  
post omnes alias scientias reales (vt  
egregie docet Aigo de Sancto Victore  
in opulculo suo de origine artis & sci-  
entiarū quod Grecc didascalion appellauit) opus fuit in sermōtonali⁹ visu-  
pare multa vocabula ex scientiis reali-  
bus: equivoce tamen & in alia significa-  
tione. cuiusmodi sunt subiectū/accidēs/  
passio &c. Quare hoc nomen natura/  
vel ordo nature/vel prioritas nature: al-  
ter in phisica: aliterq; in logica est acci-  
piendū. nam in phisica/ & in methaphi-  
sica cum aliquid dicitur prius alio na-  
tura: vocabulum est prime impositio-

## Primi libri posteriorum

nis et supponit pro rebus externis que non sunt signa, unde dicitur quod causa est natura prior suo effectu: ut interpositio terre est prior natura quam eclipsis lune, et aperito fenestrę quam ingressus illuminist̄c. In logica vero idem vocabulum est secundum impositionis et supponit pro sermone qui est termin⁹ vel propositione, dicitur enim aliquādū vnuſ terminus natura prior altero, ut animal homo / vel homo r̄isibili / et substantia prior accidente, et generaliter omne ab solutiū prius cognatiu. hoc egregie notauit Porphyri⁹ in cōmunitatib⁹ predicabilium dicens: quod genus est natura prior specie / et species est prior natura suo proprio / et suo accidente. hoc non potuit ipse intelligere de rebus ad extra, quia semper genus et species pro eodem supponunt, vt homo et animal; nec sunt duc res quarſi altera est prior altera. Similiter species et propriū semper pro eodem supponunt, vt homo et risibile, ergo Porphyri⁹ intelligebat de terminis: quorum alter altero est prior natura, logicē loquendo. Idem habet Aristoteles in post predicamento prioris, nā in secundo modo explicans prioritatem nature dicit, illud esse natura pri⁹ aquo non convertitur consequentia subsistendi, id est per propositiones deest secundo adiacente: que significant r̄erū subsistentias, et hoc modo animal est prius homine, et generaliter omne superius quiditatibus ad aliud est natura pri⁹ eo. Similiter in propositionibus sepius altera est natura prior altera, vt hec: omne corpus mouetur: est natura prior illa: celum mouetur: quia sequitur ad illam et non econtra, et generaliter omnis propositione ex prioribus terminis secundum naturam: est prior illa que est ex posteriorib⁹ secundum naturam, et hoc est uniuersaliter verum in omnibus scientijs, quia principia demonstrationum sunt propositiones natura priores conclusionibus: eo quod ex quibus terminis secundum naturam

sunt composita principia: quam sunt termini conclusionum, quod in hoc capite expresse docuit Aristoteles in declaratione illius partis definitionis: ex prioribus et notioribus procedit demonstratio. Quia vero tota ratio oritur in dñis naturalis inter propositiones suritate mutur ex terminis: oportet videre in quo nālī in stat prioritatis naturalis termini ad ter- teris. minimum in cōmuni cursu scientiarū. Et i. regla hoc clarissime elicetur ex citatis autoritatis Porphyri⁹ et Aristoteles et ex quibusdam alijs: vt si hec prima regula generalis. In quibuslibet duobus terminis pro eadem re supponentibus: quorum alter de altero essentia liter inquit est predicable: ille est natura prior qui predicatur: et ille natura posterior qui subscitur in illa propositione quiditatua directa et ordinata, quare in omni predicamentali coordinatione: genera sunt natura priora species et species individuū, hoc est ergo quod Porphyri⁹ dicit comparans genus ad speciem: genera inquit priora sunt et simul interimenta: sed que non simul interimuntur: scilicet a suis species diuisim acceptis, et ratio est, quia vt Aristoteles dicit in post predicamentis in secundo modo prioris: a genere ad speciem cōvertitur subsistendi cōsequentia: nam ab specie ad genus affirmatiuē est bona cōsequentia subsistendi: sed non econtra, negatiuē autē a genere ad speciem est bona cōsequen- tia: sed non econtra, hoc est posita specie ponit gen⁹: vt si homo est: animal est, sed posita genere non ponit species: vt non sequitur si animal est: homo est. Econtra vero peremptio genere perimitur species: vt si animal non est: homo non est, sed perempta specie nō perimitur genus: vt non sequitur: si homo non est: animal non est. Potest etiam dari alia ratio huius ordinis horum terminorum, quia terminus alium definiens est natura prior eo: cum presupponatur ab eo / et non econtra, sed terminus

## Caput secundum de sc̄re & demonstratione.

nus de altero predicabilis inquit directe est illum diffiniens. ergo est natura prior eo. **C** Secunda regula. in quibuslibet duobus terminis pro eodem supponentibus: quorum alter est absolutus; et alter cognotatius saltem extrinsecat: absolutus est natura prior: cognotatius. hoc dixit Porphyrius comparans speciem ad propriam species inquit natura prior est proprio. ut homo est prior risibilis. et eadem ratio est de specie comparata ad suum accidentem. ut homo est prior animali. **C** Tertia regula: in quibuslibet duobus terminis cognotatius pro eodem supponentibus: quo si alter est minus cognotatius altero; ille est natura prior qui est minus cognotatius: et magis cognotatius est natura posterior. ut iste terminus primus motus est natura prior tempore. id est isto termino tempus. et quantitas est natura prior: diuisibilitate / et magnitudo est natura prior figura. et sic de alijs multis sine numero. Ratio istarum duarum regularum est: quia id quod se habet ex additione ad alterum est natura posterior eo: cum necessario presupponatur illud. nunc autem cognotatiū additū absolutū: et magis cognotatiū super minus cognotatiū. hoc fundamento viitut Aristoteles. infra in hoc. i. libro posteriori: ubi inquirit q̄ sc̄ia est prior et certior alia: et dicit qd̄ illa q̄ est experientiis est prior illa que ex additione. ut arithmetica geometria: et scientia subalternans est prior scientia subalternata. quia hec addit super illam.

**4. r̄la.** Possent tamen iste tres regule in unam resoluti / et omnes unica ratione probari. Regula sit hec. Luiuslibet predicationis directe vel predicatiū est natura prius suo subiecto: vel subiectum predicato. dicitur autē predicationis directa illa propositio in qua predicatur superius quiditatim de suo inferiori. iuxta primam regulam. vel in qua predicatur cognotatiū de absoluto: iuxta secundam regulam: vel magis cognotatiū de minus cognotatiū: iuxta

tertiam regulam. nam in primo modo predicationis directe predicatiū est natura prius suo subiecto. ut homo est animal / linea est magnitudo / albedo est color / et cetera. In secundo modo et in tertio subiectum est natura prius predicato. ut homo est risibilis / quantitas est diuisibilis: dicubitum est equale tc. Ratio unica huius regule sumitur ex analogia ad res: quarum una dicitur natura prior altera. est enim ut aiunt: prioritas nature presuppositio huius ab hoc. ita quod illud quod ab alio presupponitur est natura prius illo. ut apertio fenestra presupponitur ad ingressione luminis. ergo similiter in terminis: ille qui presupponitur ab alio debet dici natura prior illo. et hoc vel quia terminus ille presupponitur ad diffiniendū alterū quiditatim. ut in exemplis prime regule quia predicatiū presupponitur a subiecto: vel presupponitur ad significacionē alterius. s. ad diffiniendū ipsum descriptiū: ut in exemplis aliarum duarum regularum: in quibus subiectum presupponitur a suo predicato. Ergo in omnibus illis terminis est ordo nature legaliter accipiendo naturam. quare et in propositionibus ex his formatis etiam erit ordo nature logicalis: scilicet comparando propositionum subiecta ad invicem respectu eiusdem predicationis. ut hec. animal est sensituum: est natura prior illa: homo est sensitivus. vel hec. color est visibilis: est prior illa: albedo est visibilis. et ita in alijs exemplis prime regule. Item hec. homo est animal: est natura prior illa: risibile est animal. et hec. animal est corpus: est natura prior illa: sensituum est corpus. et ita in alijs exemplis secunde regule. Item hec: magnitudo est quantitas: est natura prior illa: diuisibilitas est quantitas: et hec: motus est successio: est natura prior illa: tempus est successio. et ita in alijs exemplis tertie regule. Mater ergo clara responsio ad primum dubium. s. quomodo est intelligenda prioritas na-

## Primi libri posteriorum.

dure in terminis et propositionibus ad placitū significantibus. Unde ad argumentum dubijs facilis est respōsto, quia accipiebat vocabulum nature vt est nō men p̄mē impositionis et ph̄sicum: quomodo null⁹ est ordo nature in sermonib⁹ mere ad placitū significantibus, sed solum modo accipiendo vocabulum nature: vt est nomen secide impositionis et logicum.

### ¶ Secūda pars hui⁹ capititis.

¶ Est autem p̄incipium demonstratiōis t̄c. In secūda diffinitione demōstrationis (quā materialē dicunt) posuerat Aristoteles vñ partem nondū declaratam: scilicet ex immediatis: que tamen erat magni momenti in hoc negotio: quare in hac secunda parte hui⁹ capitulo super eam regreditur: et intendit eam declarare diffinitione et diuīsione. Repetēs ergo eam partem dicit: est autem principiū demonstrationis propositio immediata: quasi dicat: notāter diximus in diffinitione demonstrationis quod procedit ex principijs immediatis: nam pars illa indiger declaratiōe, et q̄a est complexa ex duobus vocabulis: scilicet propositio / et immediata: dicamus in primis de immediata: post modū de propositione agemus.

¶ Immediata autem est: scilicet illa propositio demonstrativa: qua non est alia prior suple et notior per quā demonstrari possit: et que sit medium sicut antecedens ad eam probandum: onde t̄ hac ratione immediata dicta est: quia sit sine medio. id est antecedēte quo posse demonstrative probari. Ergo quando diximus demonstrationē procedere ex immediatis principijs: idem est ac si dixissimus ex in demonstrabilibus, qd etiam vocabuli prius declarauimus. Deinde / ibi.

¶ Propositio autem: declarat alterum illius complexi vocabulum: scilicet propositionem hoc modo: propositio

est enunciationis altera / sive alterutra pars: vnum sc̄z predicati de uno subiecto significans pars in porposito logice accipitur pro specie vel parte in modo inquā diuiditur hoc gen⁹ enūciationsi, vt sit sensus. propositio est enūciatio ad aliquam eius partem / vel speciem pertinens. ¶ Sed cū enūciatio in primo libro Perihermenias diuisa sit per affirmatiuam et negatiuam: et iterum per veram et falsam: dubium est de qua ista rū diuīsionū Aristoteles loquatur hic cum dicit: propositionē esse enūciationis alteram. i. alterutrā sive vnam / vel aliam partem. Et aliqui putant quod prim⁹ loqua h̄c de partib⁹ prime diuīsionis, sensus, vt sit sensus. propositio est enūciatio affirmativa / vel negativa alienius predicti de aliquo subiecto: et sic ista diffinitione propositionis non differt ab illa que posita est in primo priori: nisi quod hic dicitur vnum de uno significans: ad innuendū quod sit propositio vna et non propositio plures: in qua scilicet plura de uno: vel vnum de pluribus: vel plura de pluribus dicuntur: vel ad innuendū quod sit propositio cathegorica simpliciter vna: et non sola cōiunctione vna: et hypothetica: de quibus propositionū varietatibus dictum est in primo libro Perihermenias. Ali⁹ verius et profun  
Sed  
dus hunc loci sententes dicunt quod Aristoteles loquitur de partibus secūdūs diuīsionis: vt sit sensus. propositio est enunciationis altera pars: scilicet vera vel falsa: vnum de uno significās. vnde isti dicunt quod hic nō diffinetur propositio in tota sui communitate: quemadmodum in primo priori diffiniebatur: sed magis cōtrakte. Et enim propositio in cōmuni secundū nominis interpretatiō nem: possit sive principiū p̄ alio id est pro cōclusione, q.d. est premissa ordinata ad conclusionem: sed quia premissa potest duplicitate ad conclusionem ordinari: scilicet vel ad inferendam solum / vel ad inferendam simul et probādam: inde est qd propositio, i. premissa est du-

## Caput secundum de scire & demonstrationē.

plex: altera, s. illatuita solum, et illa diffi-  
cilebatur in primo prioribz, cui⁹ differentia-  
tentie erant affirmativa ⁊ negativa: qā  
penes illas differentias variatur forma  
sillogisimi illatuiti. altera est propositio  
nō soli illatuita sed etiam probativa cō-  
clusionis: t illa est q̄ diffinitorū hic, cuius  
differentie sunt vera ⁊ falsa: quia penes  
illas variatur probatio bona vel mala  
cōclusionis, et hui⁹ signū est, qā ppo-  
sitio hic diuiditur per dialecticā & demon-  
stratiū: de quibus sequitur in textu.

**D**ialectica quidē est ppositio  
accipies similiter, i. indifferenter quālibet  
parte ei⁹, s. qua diuidit in verā ⁊ falsam.

**D**emonstratiua autē est ppositio  
determinate accipiens alterā partē  
predicte diuisionis, s. quoniā verū est, i.  
solam verā partē. Sēlus est, qd̄ ars dia-  
lectica (de qua in topicis agemus) est  
modus arguēti ad vtrālibet partē illi⁹  
diuisionis: qā tam verā ⁊ falsam ppositio  
dicitur probabilitē descendere, et  
probabilitē impugnare, qā nihil phibet  
falsa esse probabilitē quemadmodū et  
vera, sed ars demonstratiua (de qua hic  
agim⁹) est modus arguendi ad vna par-  
tem determinate, s. ad solam verā, qā fal-  
sa ppositio licet possit esse probabilitē;  
non tamē potest esse demonstrabilis, dic-  
tum est enim qd̄ falsum nō est scibile;  
quare nec demonstrabilis. Bene ergo  
dictum est qd̄ ppositio dialectica, i. q̄ ar-  
tificio dialectico probari posset: est simi-  
liter, i. indifferenter q̄libet ppositio siue  
vera siue falsa, sed ppositio demonstratiua,  
i. que artificio demonstratio proba-  
ri potest: nō est q̄libet ppositio indiffe-  
ter: sed determinate sola vera ppositio:  
qā sola ha pōt sciri ⁊ nullo modo falsa.

**E**nūciatio autē q̄ in supradic-  
ta mēbra diuiditur: est genus cōmune  
cōprehēdens subse cōtradictionis quā-  
libet partē, i. tam verā quam falsam, quia  
vtrāq̄ duarū cōtradictoriarū sub enū-  
ciatione cōprehēndit. tanq̄ ptes sub-

toto suo vniuersali. Et qā vocabulū con-  
tradicōis nōdū dīclarauim⁹ dicam⁹ q.

**C**ōtradictionē ē oppositio pposi-  
tionis, i. repugnātia in veritate ⁊ in fal-  
sitate: talis inquā repugnātia qd̄ impos-  
sibile est duas cōtradictoriās simul esse  
veras aut simul esse falsas, idēo addit,  
cuius, s. oppositionis nō est dare mediū  
secedi⁹ se, i. de pse ⁊ necessario, et accipi-  
tur hic mediū aliter quā superius cum  
loq̄bamur de propositione imēdiata et  
de imēdiata: qā illū mediū dicebatur an-  
tecedens probatiū cōclusionis: hic au-  
tem mediū dicitur qd̄ neutru extre-  
morum est. **E**t loquendo de medio inter  
contradictoriās dicimus qd̄ duplex pos-  
set imaginari mediū: alterum per parti-  
cipatiōnē: alterū per abnegatiōnē. Me-  
diū p participationē esset p admixtio-  
nem extremonibz: ita qd̄ daretur propo-  
sitio simulvera ⁊ falsa: vel qd̄ daret pro-  
positio copulatiua vera ex duabus con-  
tradictoriis cōposita. Mediū vero p ab-  
negatiōnē diceret in q̄ neutrū extre-  
mū reperiret, vt si esset ppositio neq; ve-  
ra neq; falsa: vel qd̄ daretur disjunctiua  
negatiua vera ex duab⁹ cōdictoriis cōpo-  
sta, et de vtrōq; istorū mediōris est verit̄:  
qd̄ contradictionis non est dare mediū,  
quia nō habere mediū conuenit contra-  
dictioni secundū se, i. de pse tanquā pao-  
zia passio eius. Et sicut nō est dare me-  
diū in veritate et falsitate: ita neq; in  
affirmatione et negatione inter contra-  
dictionis: sed necessariū est in contradic-  
toriis semper alterā esse affirmatiua ⁊  
alterā negatiua: neq; enim stat duas  
esse ppositiones contradictoriās tam  
bas simul affirmatiūas: vel ambas si-  
mul negatiūas, vnde subditur in textu.

**P**ars autē cōtradictionis, id est  
altera duarū contradictoriarū: q̄ quidē  
aliquid enūciat de aliquo: est affirma-  
tio, i. ppositio affirmatiua, que vero  
aliquid ab aliquo remouet: est negatio, i.  
ppositio negatiua. Sed trāscam⁹ vlti-  
mū: nā hec omnia vulgaria sunt et ttt-

## Primi libri posteriorum

tissima apud omnes logicos. sed hic re  
petita sunt occasione illi<sup>9</sup> distinctionis:  
sez principiū demonstrationis est propo  
sitione immediata: quia oportuit declarar  
i illa duo vocabula. immediata: et ppo  
sitione. Et qdā in distinctione ppositionis po  
nebatur enunciatio: posita est distinctione  
clus. Itē qdā in distinctione ensificationis  
ponebatur contradictione: addita est ei<sup>9</sup> dis  
tinzione: et declarata sunt ptes ei<sup>9</sup> affirma  
tio et negatio. Et quia nō de omni ppo  
sitione erat sermo: sed de sola pbativa:  
diuisa est ppositione in duas species: iux  
ta duo genera argumentationis pbativa:  
qdā sunt argumentatio dialectica et demon  
strativa. et dicta est ppositione dialectica:  
qdā est antecedens aut consequens argum  
entationis dialectice. s. ppositione probabi  
lis: et qdā probabilis ppositione potest esse  
vera aut falsa: ideo dicta est ppositione di  
lectica indifferenter accipiens qualibet  
parte contradictionis. s. siue vera siue fal  
sa. et dicta est ppositione demonstrati  
ua: qdā est antecedens vel consequens argu  
mentationis demonstrativa. et qdā illa  
non potest esse nisi ppositione vera: ideo  
ppositione demonstrativa dicitur accipiens  
determinate alterā. i. vim solā partē co  
tradictionis: scilicet vera. Ergo post  
distinctione principiū immediati demon  
strationis: subditur ei<sup>9</sup> diuissio in duas  
species que sunt positio dignitas. Hac  
diuissione supposita Aristoteles ponit decla  
rationes membrorū dicens.

**C** Immediati autē principiū filio  
gisticū. s. illogismi demonstrativi: posi  
tionem (que est prima species eius) di  
co illam esse: quā non est. non cōtingit  
demonstrare. et hoc superius probatū  
est. sed qdā non est ppositione nota ex ter  
minis: nō est necesse eam habere. i. pre  
scire docēst discipulū in aliqua scientiā:  
antequā sibi tradatur a preceptore: im  
mo ināgit declarari sibi illam a docto  
re. Et cōtra vero illam propositionē siue  
principiū demonstrationis.

**T** Quā necesse est habere docēs

dum discipulū antequam a preceptore  
erudiatur: voco dignitatem: et hec est se  
cunda species principiū immediati de  
monstrationis. Hec duo membra. S ta  
puleſis egregie declarat dicēs: qdā po  
sitiones scientiarū pleriqz diligētia pre  
ceptoris percipiuntur: vel inductione/vel  
analogia/siue exēplo: qdā nō sunt nobis  
adēco note ex terminis: vi per nos ipsos  
percipiuntur eas quātūmchqz ap̄sum⁹  
ad disciplinas addiscēdas. Sed digni  
tates ita nobis a natura coaptate sunt:  
vi cognitis terminis eas per nos ipsos  
percipiāmus: neqz opera preceptoris  
egeamus. Et comparat hec duo mētra  
(vt in precedenti cap.) ad obiecta visiblē  
Pul  
lia in sensu exteriorē. oculus inquit qui  
apertus luce solis meridianā non per  
cipit: cecus est: atqz impotens proflus  
ut visionem sibi vendicet de coloribus.  
similiter intellectus qui dignitates per  
seipsum non percipit esse veras: cecus  
est ac penitus inhabilis ad disciplinas  
capientias. ait enim Aristoteles in secundō  
libro suorū methaphysicorū in fortis  
bus ciuitatis quis delinquit: qui assid  
cat. nemo nisi cecus. At sicut oculus cor  
poreus nō clare videns colores in um  
bra intra domū: nō in circō dicitur cecus  
et impotens absolute ad videndum: ita  
intellectus hominis nō clare percipiē  
positiones scientiarū per seipsum (que  
sunt velut umbra quedā) non īdeō est cō  
sendus inhabilis ad scientias discēdas.  
quia nos a natura non ita instituti su  
mus: ut positiones istas statim per nos  
ipsos percipere valeamus sicut dignitas  
tes. de quibus Aristoteles addit.

**C** Sunt enim quedam: scilicet  
propositiones huiusmodi in scientiis.  
quas scilicet necesse est habere id est p  
seipsum cognoscere quemlibet docen  
dum antequam erudiatur a precepto  
re circa conclusiones. hoc enim nomen  
id est dignitatem maxime cōsueuimus  
dicere in huiuscmodi propositionibus  
que sunt note ex terminis. Resolutio

## Caput secundū de & scītē demonstrationē.

huius divisionis est. quod in qualibet disciplina sunt duplicita principia immēdiata. quedam perse nota ex terminis (q̄ q̄libet discipul⁹: nisi proslis hebes amens ve sit: per sc̄ipsum ⁊ sine preceptorē cognoscit esse vera) et illa vocantur dignitates ⁊ merito; quia digne sunt ut ex sc̄ipsis ⁊ non ex alijs fidem habeant. Alijs sunt principia scientiarum obsecutoria; que ad hoc vt discipulus quantumcūq̄ ingeniōsus ea cognoscat esse vera: indiget aliqua declaratione a preceptorē preter cognitiones terminorū simplices: scilicet vel per exempla / vel per inductiones / vel aliquo alio modo. et huiusmodi principia vocātur positiones. horum membrorum exempla superius notata sunt in fine capitūs precedētis: ⁊ adhuc infra in cap. vnde cōm̄o huius libri de eis amplior futurus est sermo. Quia vero dignitates omnes eiusdem sunt modi. id est perse note ex terminis: eo membro sine divisione dimisso: subdividit Aristoteles positionē in alias duas species. hoc est in suppositionē ⁊ diffinitionē. Prīma specie declarās dicit.

**C**Positionis autem: id est huius generis principiorū. illa species (que quidem est accipiēs quamlibet partitū enunciationis id est que pertinet ad aliā speciem enunciationis. vt dico que significat esse / vel non esse id est que est affirmativa vel negativa oratio aſſerēs aliquid esse vel nō esse: illa inq̄ sp̄es suppositionis dicēta est. q̄ vero species positio nis sine hoc est. id est non accipiens aliquam partem enunciationis: sc̄ quod non sit enunciatio affirmativa vel negatiua; diffinitionis dicenda est. Et ne credat aliquis: quod hoc genus positio (que dicitur immediatum p̄ncipium sive in īdemōstrabile) soli comprehendit propositiones: probat Aristoteles secundā speciem que non est propositionis / sed propositionis extreūm / dicens.

**C**Diffinitionis positio est: id est p̄ncipium scītē immediatum. et hoc

patet ex usu scientiarum que procedunt artificio demonstratiuo. ponit enim arthmeticus tanquam p̄ncipium in sua sc̄ientia diffinitionem unitatis. hanc sc̄i licet indivisibilē secundū quantitatē: sc̄i licet discretā que dicitur multitudine. i. alij quid ad quantitatē discretā pertinens: sc̄i indivisibile discretive. quam diffinitionem alijs verbis explicans Euclides in septimo libro dicit. unitas est cuius pars nō est. et Jordan⁹ in I. lib. sue arithmeticē prima om̄is diffinitionis hāc ponit: unitas est rei p̄ se diffinitionis: sed numer⁹ est collectio discretorū. Et eadem modo geometra Euclides ponit: vt principiis diffinitionē puncti in . . libro dicens: p̄fectus est cuius pars nō est. qđ est p̄ficiū esse indivisibile quid seculisti magnitudinem ad eundē sensum cū p̄ce dētē. Et eadē ratio est de diffinitionib⁹ aliorū vocabulorū eiusdem sc̄ientie arithmeticē vel geometricē. quia om̄es diffinitiones ponuntur ab auctorib⁹ vt principiis scientiarū: sunt enim precognitiones quid est quod dicitur. Et quia forte aliquis dicerec quod etiam diffinitionis est propositiū cum sit oratio complexa: ⁊ p̄ his nō differt hoc principiū a suppositione. hoc reprobans Aristoteles subdit.

**C**Suppositionis autem non est: sc̄i licet ipsa diffinitionis. Id enim qđquid est unitas. i. diffinitionis dicēs qđ est unitas: ⁊ esse unitatē i. p̄positio dicēs unitatē esse: nō id est. quare nō est idē p̄ncipisi diffinitionis et suppositionis. **R**esolutio toti⁹ dī. Divisionis p̄ncipiorū sc̄ientificorū stat in hoc. qđ in qualibet sc̄ientia duplicita sunt p̄ncipia ex qđ ip̄sa p̄cedit ad demōstrandas suas cōclusionses. alia nāq̄ sunt nota ex teris ⁊ solo nālī lumine intellect⁹ humani sine discursu alicui⁹ p̄bationis: ⁊ ille p̄positiones vocātur dignitates de qđ Aristoteles dicit qđ necesse est quēlibet discipuli eas p̄scire ex seipso atēq̄ ad schoolas veniat / sive atēq̄ a suo p̄ceptore erit dia. Aliavero sūt p̄ncipia suboscura: ⁊ nō ita nota ex teris q̄ nō est necesse disce-

## Primi libri posteriorum.

pulum ex seipso preseire antequā a preceptorē doceatur: sed eget ea sibi declarari a suo preceptorē, non quidē probatio ne demonstrativa: quia sunt immediata p̄ncipia et indēmōstrabilia; sed inductione vel exēplo aut experientia aliqua. Et vocantur in scientiis positiones: q̄a ponuntur tanquā fundamēta rotius edificiū scientifici: et sunt elementa primaq̄ rudimenta quib⁹ erudiēti sunt discipuli a suis preceptoribus. Differuntq; a dignitatibus non solū modo predictis: sed etiam quia positiones ingredītur substantialiter demonstrationē tanquā premisse vel extremitates premissarum: dignitates vero nunquā ingrediuntur demonstrationes substantialiter: sed solū virtualiter. i. nunquā sunt premisse demonstrationis nec extremitates earū: sed ex eis sumitur tota virtus demonstratiōnis, nā p̄batio: cōsequētie filologisni demonstratiui ex dignitatibus sumitur. Positiones etiā in scientiis sunt duplices, quedā enim earū sunt p̄positiones sive affirmatiue sive negatiue: vocantur suppositiōes vel petitiones: alie sūt diffinitiones vel diuisiones vocabulorū quib⁹ scientiis vñstir, que cū non signifcent aliqd esse vel nō esse: nō sunt p̄positiones: sed potius extrema propositiōnum, i. subjecta vel predicata propositiōnum. Ergo in vñiuero principia immedias scientiarū triplicia sunt: dignitates/ suppositions/ et terminiū declaratiōnes: q̄ sunt eorū diffinitiones et diuisiones a precipiū autorib⁹ accepte. **O**rdo p̄ncipio rū i scie is est: q̄ a primo tradūtur diffinitiones et diuisiones p̄ncipiorū vocabulorū cuiuslibet discipline. Deinde prelibantur dignitates, et tertio addūtur suppositiones que alias dici solent petitiones. Et quia Aristoteles posuit exēplū de diffinitione vñitatis: declaremus hec omnia genera p̄ncipiorū mathematica q̄ est omniū in arithmeticā prima atq; certissima. In ea siquidē Jordanus premisit diffinitiones vñitatis etiū, atq;

diuisiones numerorū: et declaratiōnes specierū. Deinde apposuit dignitates: vt qđ pars numeri est minor toto suo. qđ omnis numeri pars est vñitas t̄c. Tertio subiecit suppositiones, vt qđ cui libet numero quolibet numeri possint dari equales, quolibet numero: dabilis est numerus maior: quantuslibet t̄c. Neq; post principia p̄cedit ad demonstrationes cōclusionū. Similiter se habuit Euclides in principio sue geometricæ, orisū enim a diffinitionib⁹ puncti, magnitudinis/ et figure: diuisiō i species et declaravit specierū diffinitiones. Con sequenter posuit comunes scientias sive dignitates, vt quecūq; due magnitudines vñi tertie sunt equales: sibi inuidētiā sunt equales, si ab equalib⁹ equalia demas vel idē commune: residua erunt equalia t̄c. Postea adiecit suppositiones vel petitiones, vt a puncto ad punctum rectā lineā ducere: sup quodlibet punctū circulum de scribere t̄c. Patet ergo declaratio illius particule in diffinitione demonstrationis posite: scilicet ex immedias principijs. Versi hec satis in genere dicta sunt: nam inferiū de principijs scientiarum adhuc operosior fiet sermo.

## Tertia pars capituli.

**Q**uoniam autem oportet credere & scire rem in hahendo hū susmodi &c.

Ex predictis diffinitionibus scietie et demonstrationis: alijsq; declaratis vobulis ad eas pertinetibus: cōparat nūc noticiam p̄ncipiorū demonstrationis ad noticiā conclusionis eius, et hoc ad magis declaranda principia de quibus immedias processerat sermo. Et de hac materia ponit duas cōclusiones, prima est: qđ ad habēdā scientiā de conclusiōne per demonstrationē: non solū oportet principia aut omnia aut aliqua præcognoscere: sed et illa magis credibilia et scita esse cōclusiōe necesse est in qualibet

**O**rdo  
p̄ncipio  
rū i scie

## Caput secundum de scire & demonstratione.

bet disciplina. Et in hac tertia parte tota hoc verbum scire accipitur large. scz in prima vel in secula earli quatuor acceptiōnēs quas in prima parte huius cap. possumus. s. pro qua siq̄ noticia propositionis / siue sit opinio / siue intellectus / siue scientia proprie dicta. Unde ad hoc denotandum adiungitur ei hoc verbū credere vel opinari. Et notāter in cōclusiōne dictū est principia aut omnia aut aliqua : quia licet in una disciplina totali oporteat omnia eius principia scire: tamen hoc nō opus est ad quālibet cōclusionem scōrum. nam ad istam conclusionem sciendā: omnis triāgulus habet tres angulos equales duobus rectis: non est necessariū prescire omnia principia geometrica. i. omnes dignitates / omnes suppositiones / omnes diffinitiones et divisiones terminorum : sed ea dumtaxat principia ex quibus pendet scientia illius cōclusionis. nō enim omnes conclusiones eiusdem discipline innituntur eisdem principijs: sed hec illis ille alijs tē. His prenotatis Aristoteles probat suā conclusionē duabus rationib⁹ altera quidē ostensiva / t altera dicens ad impossibili. Prima ratio huiusmodi est. scientia cōclusionis per demonstrationē acquiritur. vt patuit in secula diffinitione ipsius scire: sed sillogismus demonstratiōis (vt eius diffinitionis materialis explicit) constat ex principijs: ergo ad demonstrandam conclusionē oportet principia recognoscere: et hec fuit prima pars date conclusionis. Secunda vero. s. qđ principia debeant esse magis scita siue cognita ipsa cōclusionē quāvis sequatur manifeste ex illa particula diffinitionis: ex prioribus et notiorib⁹: tamē adhuc probat eam Aristoteles topice ex quadam regula dialectica sumpta ex tertio lib. suo. rum Topicor. semper enim propter qđ vniuersitatem est: et illud magis est. Sensus est. quādo propter aliquid esse tale: alterum tale est: ipsum propter quod alterū est tale: est magis tale. pater regulā exemplis. quia id propter quod am-

tum alterum amamus: est magis amatum a nobis quam illud alterum. vt si amam⁹ discipulū propterea quod amam⁹ magistrū: proculdubio magis amamus magistrū quam discipulū. In secundo autem metaphysice Aristoteles eādem regulā probat exemplo de igne calido et de alijs calidis ab eo calcificatis tē. Sedclarū est quod scimus conclusionē propter principia precognita: que etiam dicta sunt cause cōclusionis: ergo principia demonstrationis oportet nō solū prius scire: sed etiam magis sci re conclusionē demonstrāda. hec est in summa prima ratio Aristotelis. Huius rationis ipse primo ponit maiore/dicēs.

Quoniam autem oportet credere et scire rem. i. conclusionē in habere do huiusmodi sillogismi quē vocamus demonstrationē. Deinde ponit minorē: est autem hic sillogismus probans conclusionem eo quod sunt scita ea ex quibus est ipse. i. principia ex quibus demonstratio procedit. Tertio infert cōclusionē dicēs. necesse est nō solū precognitionē prima aut omnia aut quedā: sed et magis. Quartu ad probationē huius ultime pris adducit regulā topicā. semper enim propter qđ vniuersitatem est: illud magis est. vt propter qđ amamus: illud magis amicum est. Quinto infert partē istam magis clare dicens: quare siquidem scimus cōclusionē propter prima et credimus: et illa scimus et credimus magis: quoniam propter illa et posteriōra i. conclusiones scimus et credimus. Et intellige principia debere esse magis scita cōclusionib⁹ in disciplinis: non quidem intensius sed specificē. ita quod noticia principiorum sit alterius speciei/ et meliores quā sit noticia conclusionis. huius signū est quia paulo inferius cognoscens principia dicetur melius dispositus quā sciens conclusiones alias posset in aliquo tantum intendi noticia conclusionis quod adequaretur noticie principiorū. hoc autem est impossibile. quis

## Primi libri posteriorum.

sunt noticie diversarū specierū. **C**Regula vero topica ab Aristotele inducta in hoc loco: a varijs vario modo declaratur. sed melius omnib[us] eam declarat ipse in secundo libro metaphysicæ dicens. vñli quodq[ue] vero maxime aliorū dicitur id secundū qd alijs in est vniuocatio. vi puta ignis calidissimus est: qd hic est alijs causa caloris. verus ergo huius regule sensus est. qd quādō eadem denominatio potest cōuenire cause et effectui vniuoce: causa dicitur magis talis secundū illam denominationē quā effectus. vnde non sequitur. acer est calidus ppter solēm. ergo sol est magis calidus. nec sequitur. homo est cebrius propter vñli: ergo vñli est magis cebrius. quia ille sunt cause equiuoce illorū effectū: regula autē non teneri nisi in causis vniuocis: neq[ue] in eis omnib[us] sed in solis illis quarū de nominatio potest suscipere magis et minus. quia nō sequitur socrates est homo propter calliam patrem suū hominem. ergo callias est magis homo quā socrates.

**Q**uare ad veritatem huius regule opus est qd fiat cōparatio inter duo susceptua eiusdem denotationis: et q possit de his predicari secundū magis et minus. vnde notāter in prima huius regule exppositio ne diximus: quādōcūs propter aliqd esse tale: alterū est tale tē: ad denotandam vniuocationē inter cōparabilitia respectu eiusdem predicationi suscipientis magis et minus. Et qā principia demonstrationis cōuenient cōclusione in hac de nominatione scibile vel cognoscibile vniuoce. qā tam principia quam cōclusio sunt ppositiones a nobis cognoscibilis: et hoc predicationi dicibile de diversis subiectis secundū magis et minus: qā ergo cōclusionē cognoscimus ppter principia cognita: necesse est principia esse magis cognita qd cōclusionē. Secunda ratio Aristotele ad cādē cōclusionē ponit. ibi.

**C**Non pōt autē magis credere. qd est duces proterū ad incouenientē seu ad manifestē falsum. et formatur sic se-

cundū cōmunes expositores. si volens acquirere scientiā per demonstrationē nō precognoscere principia et nō eis magis crederet quā cōclusioni demonstrāde se qretur qd non magis crederet ijs q nouit quā eis q non nouit (quāvis cōparatio sit impropria) cōsequens est manifestē falsum et inopinabile apud omnes. ergo antecedē erat falsum. Soppositū nostre cōclusionis. quare sequitur qd nostra cōclusio fuit vera. cōsequentia est notissima et qd acquiſtitur scientiā ante demonstrationē: cōclusionē non nouit et principia demonstrationis nouit: ergo si per aduersarium non magis credit principiū quā conclusioni: sequitur qd nō magis credit ijs q nouit: quam eis q nō nouit. huius rationis Aristotele primo ponit falsitatem cōsequētis pme cōsequētis dices. nō potest ast. i. sequitur qd nō posset qd de numero crediti. i. cognoscētū veritatis per demonstrationē: magis crede re. i. cognoscere esse vera ea q scit: quā ea q nō contingit. i. nondū attingit: neq[ue] sciens. i. scientiā ppter dicta: neq[ue] melius dispositus quam sciens. i. neq[ue] intellectu que est melior dispositio qd scientia. De inde ponit probationē cōsequētis dices.

**C**Accidet autē. i. sequetur hoc incoueniens: nō alius de numero crediti. i. scientiā acq[ue]riti ppter demonstrationem: pre cognoverit. i. prius et certius cognoverit principia quā conclusionē demonstrationis. Tertio ex falsitate predicti cōsequētis infert veritatē sue cōclusionis opposite/dicens.

**C**Magis ergo necesse est credere principiū aut omnib[us] aut qbusdā quā conclusionē demonstrationis. in hac ergo ratione verbū contingit non est accipientium in textu pro accidente vel evenit ut sepius in Aristotele sed pao attingit vel assequitur seu acquirit noticiam. Quia tamen hic textus est valde anceps et difficultis colligant in verbis suis: ideo potuit pati aliam intelligentiam quam sequitur Jacobus Faber Stapulensis.

## Caput secundum de scitè & demonstrationē.

qui dicit in hoc loco Aristotelem voluisse aliam conclusionem ponere et probare de noticia principiorum demonstrationis hanc. scilicet principia aut per demonstrationem scitur; aut circa ea melius affecti esse debemus quam si demonstratione ea sciremus. que quāvis non est expressa in textu Aristoteles tamen dicit eam ibi probari ratione ostensiva hoc modo. non est possibile quāpiam credere magis ea quam scitur. prescit ante demonstrationem: (quod de principijs demonstrationis cōcessum est) que tamē non est sciens/negat per demonstrationem: negat circa ea est melius dispositus quam sciens per demonstrationem, sed hoc accidet nisi quis credētū principia cognoscat ea per demonstrationem: aut circa ea melius dispositus fuerit quam si per demonstrationem ea cognosceret. (nā necesse est magis credere principijs aut omnib⁹ aut quibusdam quam cōclusioni: ut superius in precedentibus probati est) principia igitur aut per demonstrationem scitur: aut circa ea melius dispositi esse debent quam si ea fuerint demonstratione scientes. Ad huius rationis fundamentū hic Faber dicit quod verbum contingit in textu isto male postum est a nostro interprete. nam in greco textu Aristotelis verbū tynchano in hoc loco positum acceps vocabulū est siue equiuocum ad esse: et ad continentē siue attingere vel assequi. errectus videtur ut hac in parte accipiatur pro esse. vt sit textus correctus hoc modo. non posse autem credere magis que scit: quecū non est neq; sciens neq; melius dispositus quam si fuit sciens. ergo Faber iste/loco verbi contingit ponit verbum est: et loco contigerit verbum fuit aut fuerit. Sed quicquid sit de hac noua interpretatione: quia nobis ignota est: qui Grece nescimus. tamen expositio ista non placet propter duo. tum quia cōclusio hec quam scitā facit in hoc loco: non apparent in textu siue Greco siue latīno: sed extra textum ponit eam mere ad placitum. tum etiā

quia in secunda parte huius capituli super illa particula diffinitionis ex immēdiatis siue ex indemonstrabilibus: probatum est quod principia demonstratio- nis non possunt demonstratione proba- riri: quid ergo in hoc loco Aristoteles hanc nouam questionem adduceret quā principia illa oportet aut demonstratio- ne scire aut circa illa melius disponit tē. Stenius ergo in cōmuni aliorum expo- sitione quod in hoc loco non potest au- tem tē. Aristoteles ponit secundam rationem ad primā conclusionem: que dicta est ratio ad impossibile siue ad in- conueniens deducendo proterius: scili- cit quod acquisitur scientiam per de- monstrationem non magis crederet vera esse que neutrū: quam ea que nondū nouit: si non magis crederet principijs quam conclusioni demonstrationis. quia de monstraturus iam nouit principia: conclusionem nondū nouit. si ergo non magis crediderit vera esse principijs quam cōclusionem: non magis cre- det īs que iam nouit quam īs que non dum nouit. Sequitur textus.

**C** Magis autem hoc debetē ha- bere scientiā p demonstrationē &c. ponit secundam conclusionē scilicet hāc. debentē habere scientiam conclusionis per demonstrationē nō solū oportet ma- gis scire principia/magisq; eis credere q̄ cōclusionē q̄ demonstrāda ē: sed etiā neq; aliqd aliud ei dicit esse nouis ac credibili⁹ oppositū principijs: sed qd⁹ fit illogi- mus ignorante vel contrarie deceptio- nis. hec conclusio clara est in textu. et sensus est: quod per demonstrationē ha- bere volens scientiam de conclusione: tam certus esse debet de veritate prin- cipiorum ex quibus procedit demon- stratio: quod ex illa certitudine fiat cer- tus de falsitate oppositorū. i. contrariarū vel contradictoriarū propositionū. hāc conclusionē Aristoteles brevissime pro- bat. quia habens scientiam simpliciter de sua cōclusione debet esse immobilis

## Primi libri posteriorum.

**S**ua scientia sic s. quod non habeat formidinem vel titubationem de falsitate sue conclusionis/ vel de veritate contrarie aut contradictione eius. hoc autem accideret si non esset certus de falsitate oppositorum principiorum. ergo conclusio secunda est vera. consequentia est notissima: quia ex certitudine atque evidentiâ principiorum de demonstratione pender certitudo ac evidentiâ conclusionis. ergo si non haberet homo omnimodum certitudinem de veritate principiorum et de falsitate oppositorum: dimoueri posset a sua scientia per aliquam persuasionem in oppositorum: quare non habebit scientiam simpliciter de conclusione: nos autem hic de sola scientia simpliciter loquimur. **C**irca hanc literâ tria notari opus est. **P**rimù qd in principio conclusionis dixit Aristot. debent habere scientiam de conclusione per demonstrationem et. per qd innuit qd si aliquis haberet evidentiâ de conclusione non per illâ demonstrationem: sed per experientiam sensibiliem: vel forte per aliam demonstrationem: non esset necessarium magis credere principiis quam conclusioni/ vel scire principia huius demonstrationis essevera/ et opposita principiorum esse falsa: unde iste terrus magis autem volentem habere scientiam per demonstrationem: ab aliquibus ponitur esse finis rationis precedentis: ab aliis vero ponitur esse principiis huius seconde conclusionis: quia ad utramq; conclusionem limitandam facere potest. **S**econdum notabile est: quod latinius codex in fine huius capituli dicens: oportet scientiam simpliciter non incredibilem esse: corruptus est: sed dicendum fuit: non mutabilem vel immutabilem esse: et hoc propter duo: tum qd textus grecus habet: ameaptotom: quod vocabulum non incredibilem significat: sed potius immutabilem et qui a sua scientia dimoueri nequeat. tum etiam quia non facit ad propositum huius rationis dicere non incredibilem: ubi probandum erat quod habens scientiam simpliciter de conclusione debet es-

se certus de veritate principiorum et de falsitate oppositorum: sed potius quadrat si dicatur oportere cum non esse dimovibilem seu persuasibile ad oppositum. hoc enim dicebat Aristot. ad differentiam argumentationis dialectice: que non facit tantam certitudinem de veritate conclusionis quam probat: quin relinquat formalitem de oppositu: quare omnis talis possit persuaderi per aliam rationem probabilem: ad assentientem opposito sue conclusionis: est ergo a sua sententia mutabilis, demonstratione vero habens scientiam simpliciter de conclusione est omnino immutabilis a sua sententia: et hoc propter quod ei nihil est creditibilis suis principiis in veritate: et oppositus eorum in falsitate. unde bene concludit: quod oportet scientiam simpliciter immutabilem esse. **Q**uare autoritas vulgarata que ex hoc loco citari solet: oportet adiungere credere: non haberet hic certum fundamentum: ubi nihil de credulitate et fide: sed de certa scientia atque immutabili sententia sermo erat. **T**ertius hinc adiungit quod Jacobus Faber alium sensum habet de ista conclusione sechida: quia tamen (ut diximus) ipse tertiam facit: et sensus eius est: qd habens scientiam simpliciter de conclusione per demonstrationem: non solum debet magis credere principiis quam conclusioni: sed etiam opus est qd eis magis credat quam oppositis principiorum: ita qd nulli eorum creditibilis ei sit quam sua principia: quia illo dato: non esset immutabilis in sua scientia. i. firmus et certus sed formidolosus: qd non esset omnino certus de veritate principiorum. **I**ste tamen sensus parvus differt a precedente: cui enim oppositi principiis aliqui est noti aut creditibili: ille non est omnino certus de veritate illius principiis et de falsitate oppositorum. **A**d autem textus dicit: qd ex oppositis principiorum sit filologismus contrarie deceptionis: inferius declarabitur in capitulo 16. de filologismo ignorantie: si enim hec principia demonstrationis generant scientiam.

### Caput tertium de erroribus circa demonstrationem.

opposita generant errorem: quia opposita non possunt simul esse vera: quare assensus virorū sunt contraria et repugnantes: sic quod si alter corū sit scientia: alter erit error: et ignorātia praeceps disputationis. **C**hacunus de cōmetario huius secundi capituli in quo principalis intentione erat declarare demonstrationem: que est subiecta attributionis huius doctrinæ: et quia demonstrationis propria passio erat faciens scire: oportuit declarare hoc verbū scire. Ex disputatione autem de demonstrationis data est occasio declarandi quedam alia vocabula ad hoc negotiū pertinentia: quorum tamen principiū fuit hoc complexū: principiū immediatū: de quo in secunda parte huius cap. actū est disputatione et divisione. Et deniq; in tertia parte disputū est de cōparatione principiorū ad conclusiones indemonstratiōnibus et in scientiis omnibus.

### Questiones idonee

In hoc cap.

**Q**uare ex predictis omnibus manifesti esse poterit cuiuslibet vel mediocriter docto: que de numero questionū (quæ super hoc capitulum moueri solent) sint idonee et facientes ad propositū: et que impertinentes et extraneae. **C**hēpe questiones de bonitate disputationis ipsius scire et demonstrationis aliorumque vocabulorum huius cap. superflue sunt et inanies post cōmentariū huius declarationem. **C**illa vero questionis virū ad habendum scientiam de aliqua re oportet scire omnes causas eius: impertinentis sima est in tota logica Aristotelis. constans enim ex terminis prime impositionis potius est methaphysica aut phisica quælogica. **S**ola autem questione de prioritate naturali principiorū ad cōclusionē indemonstratiōne: tēde majori credibilitate sive notione corū faceret ad propositū huius cap. in quibus tamen communes questionarij satis leviter pertranscunt: et paucissima extra texū notatu digna in hoc loco scripserūt.

### Caput. iii. excludit duos errorēs circa demonstrationē et scientiam.



**V**ibusclam autem propter id quod oportet prima scire et. Ex disputationibus scientie et demonstrationis male intellectis occasione habere powerunt duo errores: super quibus opus est electorem admonere: ne forte ex ignorantia incidat in labyrinthū inexplicabile. **E**rrores essent si diceretur vel quod non est possibile nos aliquid scire vel quod opus est omnia demonstrativa scire. **O**ccasio virtutis erroris una et eadem est sumpta ex dictis disputationib; si enim scire simpliciter est per demonstrationem et demonstratio procedit ex prioribus et notioribus principijs. i. prius notis et scientiis: videatur sequi vel quod sit impossibilis nobis scientia per demonstrationem: vel quod omnī sit demonstrativa scientia. i. tam principiorū quam conclusionū: patet consequentia. quia vel principia demonstrationis sunt scita vel non. si prius: ergo omnī est scientia et demonstratio: si secundū: ergo nullius est scientia. quia ignoratis principijs demonstrationis ignoratur conclusio. Ad cūtandos ergo errores istos. Aristotle in hoc capite procedit sic. **P**rimo enim errores proponit et fundamēta eorum declarat. **D**einde vero primū errorē cūcuat: scilicet dicētis nos nihil posse per demonstrationē scire. **T**ertio secundū errorē impugnat: scilicet corū qui dicunt omnī esse demonstrationē et scientiā. **E**ruunt igitur tres partes huius cap: secunda ibi: nos autem dicimus. tertia: ibi. circulo quidē. **H**uc primum ptes faciles sunt et plane in terra. tertia: hoc est sub obscuro. **E**rrores proponens Aristotle dicit. quibusdam autem suple philosophis: quos tamē non nominat. nec credo quod isti erāt. **A**chademicū: ut patet ex ratione. sci  
D ij

## Primi libri posteriorum:

licet propter id qd ad habendam scientiam simpliciter oportet prima. i. principia demonstrationis scire. sive que tam sciri non possunt: non videtur eis scientia esse possibilis per demonstracionem. Quibusdam. i. altis videtur scientia esse possibilis per demonstrationem: ad hoc sustinendu putant omnium esse demonstrationem. i. omnia posse demonstrari tam principia quam conclusiones. quorum tam extremorū neutrū est verū/negū necessarium. i. necessaria ratione probatū. qd ex propositione suarū rationē: t ex harū solutionē manifestū fiet. Ratio primi erroris tangitur. ibi.

**C**onētes autē nō esse oīno processum infinitū in principiis voluit reduci probationē suā. quo posito: inferunt tanq; vtiq; i. pro certo nō sunt sciēces posteriores. i. conclusiones: propter priora. i. principia prius nota. q. d. qd procedēdo infinitū. i. ascēdēdo per principia demonstracionis: nunq; puenieretur ad prima principia. qd impossibile est infinita præstare. infinitiorū ergo principiorū nō sunt prima principia: et sic nō erunt scita principia demonstrationis. nō erunt ergo sciēces posteriores per priora ignota. Et si stent demonstrates. i. non procedat infinitum in principiis: sed sunt dāda prima principia ad que fit status: hec principia putant ignota esse. i. non scitā. qd demonstratio nō sit ipsorū. qd quidē dicunt isti esse scire soli. i. p. demonstrationē. Id auctoribus ergo et clariorib; verbis ratio sua hec est. omne scire est per demonstrationē. i. procedendo ex principiis prius et magis notis conclusionē: sed impossibile est scire principia demonstrationis. ergo etiā impossibile est scire conclusionē. cōsequētia est notissima. et maior supponitur ex diffinitione ipsius scire. i. quod est per demonstrationē cognoscere. minor vero probatur qd vel in principiis demonstrationis ascēditur probādo hec per illa. et illa per alia. et sic cōsequēter infinitum: vel statut ad aliqua prima

principia ultra que non amplius ascēditur. sed quoq; istorū concessō non scissit principia demonstrationis. si enī fiat processus infinitū nō erit dare p̄ma principia scita: tūc nulla erit principia scita. si sit stat⁹ ad aliqua p̄ma principia: illa non erit scita. qd non demonstrata per alia priora. siquidē omne scire est per demonstrationē ex prioribus. Concludens ergo istorū rationem Aristoteles. subdit.

**Q**uare si non est. i. non cōtinuit prima scire: neq; que ex eis sunt. sive cognoscenda erit. continget scire. i. conclusiones. neq; simpliciter. neq; proprie loquendo de scire: sed soli erit scire ex conditione: si illa principia sunt vera. quod potius est credere conclusionē esse verā: quā proprie scire illā. Totus defectus hui⁹ rationis stat in equiuocatione hui⁹ verbis scire. quia si accipiatur quartō modo et propriissime vera est major. et tunc etiam minore cōcessa: p̄nia non valet. quia ad sciendā conclusionē non est necessariū scire principia demonstrationis. si vero scire accipiatur tertio modo et communiter: maior est falsa. minor etiā est negāda qd principia possunt sciri saltem ex terminis vel p inductionē. Quare existentibus premissis hui⁹ argumenti veris cōsequētia est invalida. si agit altera p̄missa fuerit falsa: cōsequētia qdē erit bona: sed cōsequētia erit fallīsum. hāc solutionē licet obscurius Aristoteles in secula pte hui⁹ articuli. Deinde ponit rationē secundi erroris cum dicit.

**Q**uidā autē de eo quod vere est scire ipsum esse consitentur. i. concedit qd est possibile nos aliqd scire: sed quia isti etiā cōcedunt qd omne scire est p demonstrationē et soli per illā: dicit qd nihil p̄hibet omnū esse demonstrationē. itā principiorū qd conclusionū: quatenus omnia sciri possint a nobis. et ad eundū processum infinitū in demonstrationē principiorū: addit⁹ qd aliquādo contingit demonstrationē fieri circulariter. ita qd

### Caput tertum de erroribus circa demonstrationem.

heci principia demonstrantur ex his q̄ sunt iam demonstrata per illa principia: & sic principia et cōclusiones demonstrat̄ se ad unum, vnde isti ad rationē aliorum respondentes dicent q̄d non p̄ce ditur infinitus indemonstratione principiorū: sed est status ad aliqua prima principia: que iam nō demonstrātur p̄ alia priora: nec tamē remanent ignota: quia demonstrātur per posteriora, i. per cōclusiones, vnde fit p̄cessus circularis a principijs per conclusiones redeundo ad principia.

### Secunda pars capituli.

#### Nos autem dicemus &c.

Reprobat supradictos duos errores quantū ad principale fundamento eorum, s. q̄d omne scire est per demonstrationē. In hoc enim cōcordabant illi due opiniones: ut declarat̄ est, contra hoc ponit Aristoteles hāc conclusionē, nos autē dicim⁹: non omnīū, s. scibilīū scientiam demonstratiū esse, i. demonstratio- ne esse acquirendā: sed immediatarī propositiōnū scientiā esse indemonstrabilē, i. non acquisibilē per demonstratiōnē, et quātū hec p̄positio sit nota ex terminis: tamē Brisko probat eā ratione, ibi.

Et hoc quidē necessariū esse manifesti est, s. ex predictis in precedenti cap. si enim necesse est p̄scire priora ex quibus est demonstratio: et statut̄ ali quando ascendēdo ad aliqua principia immediata, ergo illa indemonstrabilit̄ esse necesse est. sed clarū est quod in scientiis aliquando statut̄ ad aliqua p̄miciā immediata: quia nunquam in eis proceditur infinitus ut latius probabit̄ur infra cap. 18. ergo nostra conclusio est vera quod immediatarū p̄positiōnum scientia est indemonstrabilis, i. nō acquisibilis demonstrationē, quia igit̄ hoc sic se habere probauimus: adūmus et aliud: quod non solum est nob̄is possibilis scientia: sed et principium aliquod scientie esse notum nob̄is sine

cie cōsequētiā: sed cōsequētiā in veritate  
cōuertit a cōclusione ad premissas, vnde  
autē cōuertit autē suple cōsequētie  
magis q̄ sunt in mathematicis sciētiū  
demonstratiū: quā in alijs sciētiū q̄  
p̄cedunt dialectice: & ratio est. qm̄ ma-  
thematič nulli accidēs, s. p̄dicatis reci-  
p̄sūt sed solū ea q̄ perse sūt, i. subiectū et  
passiōne inter q̄ mediū est diffinītio con-  
vertibilis c̄i extēmis, et in hoc differunt

scientie demonstratiue ab his q̄ sunt in dialogis, i. in dialecticis, s. argumentatio-  
nibus: in qibus multa predicata peracci-  
dens accip̄sūt & termini non cōuerti-  
biles, sed dēmōstratiue solū accip̄sūt p̄  
medio diffinītione. Tertia ratio est ibi,

**A**ugētur autē: q̄ sic formatur.  
indemonstrationis scientijs sunt princi-  
pia determinata ad probandas cōclusiones: nō autē in dialecticis, ergo indemo-  
strationis cōsequētiā est cōuertibilis nō  
in dialecticis, deceptio autē fallacie con-  
sequētiā nō fit; nisi quādo p̄fia nō est cō-  
uertibilis, ergo indemonstrationis nō acci-  
dit huiusmodi deceptio: sicut in dialectici-  
cis, ait ergo, augētur autē, i. multiplicā-  
tur demonstrationes: sed nō sicut argu-  
mentationes dialectice, et differentia stat  
in hoc, q̄a demonstrationes plures non  
fit ad eandē conclusionē: sicut plures  
rationes dialectice ad vñ conclusionē  
fit, ideo nō augētur dēmonstrationes p̄  
media, i. antecedētia plura ad eandē cō-  
clusionē: sed bene plures rationes dia-  
lecticē & plura media p̄babillia, sed quā-  
do dēmonstrationes augētur sive multi-  
plicatur, hoc fit non ad eandē cōclusionē:  
sed ad diuersas & plures cōclusiones, et  
hoc dupliciter: vel in post assumendo, i.  
accipiendo subiectū sub subiecto respe-  
ctu eiusdē predicit, vt si dicat, A. de, B.  
& hoc de, C. et item hoc de, D. et hoc in  
infinitū, i. utiqz ad tot subiecta descendēdo  
p̄ coordinationē quoq̄s deueniatur ad  
infima: vel augētur dēmonstrationes assu-  
mēdo ad latus, i. ad subiecta dispara-  
ta q̄ sunt species plures eiusdē generis: et  
demonstrādo passiōne generis de omni-  
bus illis sc̄orum, vi. A. passiō generis  
dicit de, L. et de, E. specieb⁹ eius. Esto  
exempli in predicamento quantitatē  
specialiter in numeris, vt sit, A. numerus  
comānter & absolute acceptus sive  
ille sit finitus sive infinitus, sit vero nu-  
merus impar cuiuscunq̄s quātitatis, et  
L. sit impar determinat⁹: tunc fiet vna  
dēmonstratio sic, omne, B. est, A. omne, L.

## Caput decimū tertīū de principiis propriis scientiarū.

est. B. ergo omne. L. est. A. Item sit. D. numerus par cuiuslibet quantitatis. sit. E. numerus par determinatus. et sic fieri altera demonstratio sic. omne. D. est. A. et si plures fuissent species numeri: plures potuerint fieri demonstrationes ad latum: semper demonstrando idem predicari de diversis subiectis. i. passionē superioris generis de singulari specie eius. quāvis non secundū qd ipsum. ut superiorius dicitur est. quare huiusmodi demonstrationum multiplicatio non est in demonstrationibꝫ potissimum q faciunt scire simpliciter. nā demonstratio scientifica simpliciter nullatenus multiplicatur neq; in post assumendo/ neq; ad latum. nūc clara est tota litera hoc modo. augētur demonstratio nes in post assumendo vi. A. passio de. B. suo proprio subiecto. vt numerus est diuisibilis. hoc autem subiecti numerus dicit de. L. de numero pari: q; est species eius. ergo eadē passio dicitur de. L. numero pari. itē hoc. i. L. dicitur de. D. id est de pari pfecto: q; est species eius. ergo eadē passio dicitur de. D. Et quia numeri pfecti plures sunt species q; infinitū procedunt. vt senarius. 28. 496. &c. possunt augeri demonstrationes in post assumendo infinitū. q; de cibis illis subiectis cādē passio demonstrare tur descendēdo per lineā predicationi. Et in latus augētur demonstrationes. vt A. passio generis puta numeri demon strari potest. L. numero impari determinato. et de. L. numero pari determinato. vt est cōmune genus numerus quantus. i. q; est quantitas. est enim genus sub alternū in predicamento quantitatis: passio eius sit infinitus aut finitus. omnis enim numerus est finitus aut infinitus. hoc autem. i. hec passio sit in quo. A. si sit. A. impar numerus quantus. i. aliquātus sit in quo. B. numerus impar determinatus sit in quo. L. est vtq; demonstrabile. A. de. L. sit etiā par quantus i. aliquātus in quo. D. et par numerus determinatus sit in quo. E. est ergo de-

monstrabile. A. de. E. et si plures dare tur species numeri: plures fierent demonstraciones ad latum. Possent dari alia exempla clariora. vt in geometria. exēpla passio figure. s. determinata posset demonstrari etiā de triangulo specie figura. r. postea de isoscelē specie trianguli: r. postea de triangulo semicirculi specie isochelis: i. sic descendēdo continue visq; ad infima augerentur demonstraciones in post assumendo. Sed passionem trianguli: habere tres angulos egales duobus rectis. si quis demonstraret de isoclero seorsum. et de isoscelē seorsum. et de scaleno seorsum: augeret demonstrationes ad latus. Item in phisica passio corporis. s. mobile in post assumendo demonstraretur de corpore animato: de aliis. de homine. item passio animalis. s. sensitius ad latum assumendo demonstraret de hoīe/de equo/de leone: t de alijs speciebus animalium. Hac ergo tertia ratione probatū relinquit qd in demonstrationibus non sit deceptio per palogismos si cut accidit in dialecticis: ex eo qd demonstraciones habent propria principia: ad q; sit certa resolutio totius probationis: in dialecticis autē non sic sunt certa principia. et huius signū est q; ad eandē conclusionē possunt adduci plura. r. diversa media dialectica: sed non plura media demonstrativa sed vnu dumtaxat: r. certissimum medium. Et si quis dice ret quod in scientiis mathematicis que demonstrative/ r. non dialectice procedunt: augentur sive multiplicatur demonstrationes. nō enim sola una demonstratio sit in arithmeticā aut in geometriā sed multe: ad hoc dicimus quod ille plures demonstrationes non sunt ad cādem conclusionem probandam: sed ad diversas et varias conclusiones pro varietate subiectorum et passionum inqualitatib; illarū scientiarū. nā principalis subiecti scientie sunt plures partes tñ subiectivae/tum integrales: ad quas scientia illa descendit probans de his passio nes/tu cōmunes sui generis/tu r. pro-

## Primi libri posteriorum:

pris singulari partiis: qd est multiplicare demonstrationes vel in post assumendo vel ad latus. Terci qd litera huius pris est confusa; atq; obscura: multi hallucinatur circa eam, et inter alios Statu lensis detorquet eam ad aliis sensum: qd iudicio meo cujus alius fere omnis commentarius pris coristi: est litera contraria: nā paragraphus ille augētur autē: omnes referrunt ad demonstrationē: t littera antiqua translationis hoc habet expresse inquirens: augētur autē demonstrationes: sed haber rejecto illo nomine legit solum: augētur autē: t refert hoc ad dialecticas argumentationes: sed exempli eius in pdicamento substātie aptividec esse demonstrationib; qd dialecticis argumentationib; ergo sensu illo dimisso: stetimus in primo. **R**esolutio itaq; totius huic cap. ad hoc tendit, qd scientia speciissima. ciales ex quo habet, pprias interrogations, pprias respōsiones, t pprias disputationes: habet ergo ppria principia certa t determinata ad qd resoluti suas demonstrationes, et quādo in eis accidit error per aliquā falsam argumentationem: qd dicit sillogismus contrarie deceptio[n]is, vel sillogismus ignoratiæ: illa nō est argumentatio sophistica, i. peccans in forma: sicut accidit in dialecticis disputationibus: sed solū peccans in materia, i. qd procedit ex oppositis principio rūm: vel ex falso intellectu vero rūm principiorū, et huius ratio est, qd ex quo indemonstratiū sciētis omnia sunt certissima: defectus forme sillogisticæ nō pōt causare errore: vi patuit in argumentatione Lencii pbi de multiplicata analogia ignis, secus autē in disputationib; dialecticis: qd nō habent scire determinata, t certa principia: tdeco defecit debite forme sillogisticæ causat in eis multiplices errores: paralogismus ergo nō est contraria demonstrationi: sed sillogismus dialectico: d quo Arist. in topicis: vnde adiungit eis libros elenchorū de paralogismis. fallographus vero sillogismus est, pprias contraria demonstrationes: t qd nō varia-

tur multis modis: ideo de eo nō egit p prī libri post libros posteriorū: sed in hoc primo libro posteriorū de ipso tractat quē sillogismū ignorantiae appellat.

## Questiones idonee.

**C**urca hoc. 13. cap., apte questiones essent. Prima, vtrū vna t eadē conclusio possit demonstrari in diversis scientijs specialibus. Secunda, an demonstrationes possint augeri sup eandē conclusio[n]em t quomodo. Tertia, vtrū vna scientia possit dici pars alterius, vt puta sub alternata subalternatia. Quarta, vtrū mathematice sint alias omniis certissime. Quinta, vtrū in mathematicis possit accidere error ex aliqua fallacia sive paralogismo. Sexta, vtrū demonstrator interroget eo modo quo dialecticus.

**C** Tractatus sextus dividit demonstrationem in species suas: & comparat eas/ponens diffētias earum. habet duo capita, primum est in ordine,

**C** Caput quartūdecimum dividit demonstrationem in duas species: t carum differentias declarat.



E d differt quia & ppter quid scire. Hucusq; Aristoteles, et sans curiositate, atq; diffusa demonstrationis potissime et scire diffinitionē declarauit, s. a secundo cap. huius libri. Iā vero demonstrationis communiter accepte t scire divisionē adiungit, et pmo in species: postea vero i partes in modo. **C** Pro huius ergo tractatus introductione reperenda sunt qdā ex cap. 2. huius, nā ipsius scire t similiter demonstrationis biuas possit diffinitiones, alterā t scire pprias dicto in principio illius cap. scire inquit opinamur t,

## Caput decimū quartū de demonstratiōne qā & ppter qd.

alteram de scire cōmūniter accepto: cū dixit: scire est per demonstrationē intel ligere. quare & demonstrationis duas posuit distinctiones / sed ordīne prepostero. nā prima carū correspōdet scire secūdo modo accepto: cū autē demonstratio est silogismus facies scire. secūda vero dis finitio demonstrationis correspōdet pīme distinctioni ipsiō scire. pīssime dicti. s. demonstratio est silogismus ex pīmis ve ris t̄c. Arist. Ergo ab illo loco vñq̄ huc institut̄ declarationi distinctionis pīme ipsius scire: & seconde distinctionis demon strationis q̄ illi correspōderet. Sed q̄ illic dixit. si autē sit ali⁹ modus ipsiō scire postea dicetur: ideo nūc venit ad hoc declarādū & ita accip̄t̄ scire secūdū mo do & cōmūniter: quare correspōdenter accip̄t̄ demonstrationē pīmo modo & cō mūniter. et supposita diuīsione hui⁹ ge neris vulgatissima in duas species. s. qđ duplīciter quis pōt̄ scire & duplīci demon stratione. videlicet demonstratione quia est: autē demonstratione dicēt̄ ppter qd est: harū specierū dīrias declarat̄ in hoc cap̄. ex qb⁹ earī distinctiones qlibet eli cere poterit. Habet autē hoc cap̄. duas ptes pīncipales. pīma est de dīria istarū demonstrationū in eadē scientiā. secūda ibi: alio autē modo de carū dīria in diueris scientijs. Pīma cōparatiō nem pponens ait. sed differunt̄ scire q̄a est & ppter qd est. i. duo modi differen tes sciendi sunt: scire per demonstratio nem q̄a: de qua hacien⁹ nihil dictū est: & scire per demonstrationē ppter qd: de qua tam multa dixim⁹. t̄ hoc modo ū sciēdū latissima patet dīria. pīmū quidē quādū fuit varie demonstrationes in ea dem scientia. quoniā sepi⁹ earī alie sūt demonstrationes qz & alie ppter qd. Et adhuc in eadē scientiā duplīciter fieri solet demonstratio q̄a. vno qdēmodo si nō per imediatā pīncipia fiat silogismus. q̄ autē pīncipia dicātur immediatā & q̄ non: superi⁹ declarauit Aristot. in cap. 2. et deinde in cap. 11. 12. 13. & in q̄ busdā alīs. non em̄ accip̄t̄ in tali sillo gismo pīma causa. i. pīmū & adequatū pīncipiu ad probādām conclusionē: at scientia q̄ est ppter qd & demonstratio eam faciens: secundum pīmām cau sam est ad sensum datū. Exempla hu ius dīfērētē inferi⁹ ponet Aristot. q̄uis supra ea dedit in cap̄. de vniuersali. q̄a si q̄s velit probare illā passionē habere tres angulos t̄c. de triāgulo: procedit p pīmā. i. pīrā & adequatā causam: ideo erit demonstratio ppter qd. si autē velit eandē passionē de isochele pbarē vel δ figura: nō assignat pīrā causam: ideo est demonstratio q̄a. Stat ergo hec pīma dīria inter has duas species in hoc: qđ dīmōstratio ppter qd pcedit ex pīrīs pīmīs & imediatīs pīncipijs coclusiōnīs. sed demonstratio q̄a pcediōnō ex pīrīs & imediatīs pīncipijs coclusiōnīs: sed ex cōib⁹. qđ est scire secūdū acci dens ut superi⁹ dicebatur. i. impfecte.

C Also vero modo fit demonstratio q̄a in eadē scientiā: si pcedat qdē silogism⁹ per imediatā qdēm: sed non p causam: imo poti⁹ per effectū: q̄ tamē effectus est per cōuertentia. i. cōuertibilis & adequat⁹ sue cause: notior tamen nobis sua causa. et pbat hoc aliquā acci dēre i scientijs. nihil enim p̄hibet eq̄ p̄cūtantū. i. cōuertibilitū in cōsequendo. i. quādū causa & effect⁹ sunt cōuertibiles: aliquā noti⁹ nobis esse nō causam. i. effec tum quā causam. quare per hāc. s. non causam: erit demonstratio ad notifican dām causam. illa inquā demonstratio nō est. ppter qd. sed q̄a est. Et declarat hanc secundā differentiam Aristot. per duo exempla. pīmū.

C Vt qđ ppe sint planete pros barī solet in astrologia per hoc qđ non scintillant. i. vībāt luces suas ad oculos ad modū ignis scintillas emittentis. sunt enī plurime stelle in celo scintillantes in serenitate noctis: planete autē. i. errati ce quinq̄ stelle: Saturnus / Juppiter / Mars / Venus / & Mercuri⁹ non scintillant: & per hoc a stellis fixis discernunt

Primi libri posteriorum.

tur. quando ergo astrologus vult probare quod planetæ prope nos sunt. i. propinquiores nobis alijs stellis: per hoc quod non scintillant: facit demonstrationem quia est/non propter quid. non enim ex eo quod non scintillant prope sunt ille stelle: sed potius propter id quod prope sunt non scintillat. et ordinat sillo gismū in prima figura sic. sit. A. prope esse maior extremitas. B. vero medius sit non scintillare. C. autem minor extremitas sit planete. tunc sic. verū est. B. dicitur. i. affirmare de. C. in minore ppositione. planetæ enim non scintillat. et hec vera est. ut patet ad sensum. similiter verū est dicere. A. de. B. in maiore prepositio ne. hoc ē. non scintillat. ppe esse. hoc autē i. hec maior accipiat. i. supponatur esse vera vel per sensum / vel p induc tio nem. sicut solent probari. pprīa principia demonstrationis: qd dicitur suppositiones vel petitiones. necessē est ergo si premisse sint vere. A. ipsi. C. inesse. i. A. predicari vere de. C. in cōclusione. quare per talē sillogismū demonstratiū est demonstratione qd erratice stelle qd sunt planetæ. ppe sint: et hoc per effectū qd est non scintillare. Et quia iste effectū est. ppius et adequatus sue causa / atq; cū ea conuertibilis: addit Aristoteles.

**C**ōtingit autē. i. possibile est istā demonstrationē qd couertere inde demonstrationē ppter qd. i. demonstrādo alterū per alterū. i. effectū per suā causam. vt sit. C. minor extremitas stelle eratice vt p̄i. in quo. B. id est. B. medius sit prope esse. A. vero maior extremitas sit non scintillare. est igitur. B. in. C. verū est. planetæ prope sunt qd est minor ppositione. et similiter. A. in. B. verū est. i. stelle qd ppe sunt non scintillat maior. ppositione. quare sequitur conclusio. A. in. C. verū esse. i. planetas non scintillare. et sic erit sillogismus. i. demonstratio. ppter qd. accepta est enim prima. i. adequata et pprīa causa. illi effectū. Sechū exemplū ad idem propositum ponit ibi.

**C**Itē sic lunā demonstrant astro logi: qd circularis. i. rotunda sit: p incremēta. i. per modū quo crescit in suo lumen. post coniunctionē ei⁹ clī sole. hoc modo. si enī qd sic augetur in suo lumine. s. ad figurā circularē: circularē. i. rotū dū corpus sit: luna autē sic augēt: mani festū erit qm̄ luna est circularis. i. rotunda. sic qdē arguēdo: ipsi⁹ qd. i. demonstrationis vel scientie qd factus est sillogismus. qd per effectū pcedit ad causā. ecōtrario autē posito medio. s. qd maior extremitas pcedens sillogismū fiat me dū. et ecōtra. ipsi⁹ scientie ppter qd fit sillogismus. nō enī ppter augmenta huius modi. i. circularia luna est circularis. i. rotunda: sed poti⁹ ecōtra. qd luna est rotunda: accipit lumen augmenta huius modi. i. circularia. Ad ponendū autē sillogismū demonstrationis qd in forma. sit luna. C. minor extremitas. B. vero medius sit augmentū circulare luminis. sed. A. sit circularis. i. rotunditas lune maior extremitas. Et si. B. poneretur rotunditas lune. A. vero augmentū luminis circulare: esset demonstratio ppter qd reducta ad formā sillogisticā. Quia ve ro Arist. posuerat exēpla demonstratio nis: qd scđ mō qd effectū est conuertibili bilis cū sua causa: loquuntur iā de eadē de monstratione qd. i. ab effectū: qd effectū nō ē sue cause adeq̄t et puerib. dices.

**C**In qd autē media nō cōuertū tur. cū extremitatib: sic si medius qd nō est causa sed effectū ē nob̄ non: sicut p il luc demonstrat. i. fit demonstratio qd: sed nō ppter qd. qd talis demonstratio non pot p cōuersionē reduci ad demonstratio nē ppter qd vt in pcedētib. Et in hoc casu nō posuit Arist. exēplū: qd putauit apud ingeniosos sufficere exēpla pcedētia: imo in eis fuit satis plū et exēplū. qd p analogiā oppositio ex pcedētib ista poterat elici. qd tñ nō oēr auditores pol lent ea ingenii hūtū. vt exēpla hui⁹ regulē possim̄ p seipso luēnire: addā ego hic ea. **S**ed in pmissē aduertiēdū qd

## Caput decimū quartū de demonstratiōne qā & ppter qd.

hec regula est solū intelligenda de me-  
dio nō conuertibili qd significet effectū  
habentē necessariā habitudinē ad suā  
causam vel saltū causā ad effectū: alias  
nō posset fieri demonstratio vlla ex tali  
medio. qā p̄fia nō esset necessaria. Dein  
de oportet scire qd effectū non conuerti-  
bilis cum sua causa: ad quā habet se de  
necessitate: pōt tribus modis variari &  
sic dabit̄ tria exēpla. Primo si mediū  
filologismi explicā illū effectū sit cōmu-  
nū mīnōre extremitate & sit mīnō cōmu-  
ne maiore extremitate: qā tūc fit demō-  
stratio qā affirmatiua in prima figura.  
vt si demōstretur de hōie / qd habet ani-  
mā sensitū: per hoc qd p̄gressuē mo-  
uctur. Uel secūdo qd mediū sit magis  
cōmune qd mīnor extremitas sed sit con-  
ueribile cum maiore extremitate: tunc  
etia sit demonstratio qā affirmatiua in pri-  
ma figura. vt si demōstretur de Satur-  
no qd propest̄ ex eo qd non scimillat.  
Sed si tertio modo mediū fuerit cōmu-  
nū vtrac extremitate: tum fieri posset  
demonstratio qā: nō qd affirmatiua  
neḡ in prima figura: sed solū negatiua  
in secūda figura. vt non pōt affirmatiue  
probari de aliquo hōie qd habeat feb̄ē  
ex velocitate pulsus: bene negatiue. vt  
iste nō habet pulsū cōmōdū / qd non ha-  
bet feb̄ē vel hoc corpus non est calefa-  
ctiū ergo nō est ignis. Ergo de secū-  
do modo demonstratiōne qā, s. q. pcedit  
ab effectū ad causam: satis dictū sit. & re-  
uertantur ad p̄mū modū. s. qd est dmo-  
stratio qā: eo qd, pcedit p̄ causam remo-  
tā & mediatā: nō autē y p̄pria & imedia-  
tā de qua demonstratio Aristot. adhuc  
nō dederat exēpla. ideo ad cā redies ait.

**A**mplius in quib⁹ medium  
ponitur. i. est cōius vtrac extremitate.  
hoc ē significat causam remorā & cōcem:  
in his demonstratiōnib⁹ sit demonstratio  
ipsi⁹ qā / nō autē ppter qd. nō cū dī per  
tale mediū causa veritatis p̄clusionis. s.  
qā nō dī causa p̄pria & ponit exēplū phis-  
icū: vt si qd rerec̄ ab aliquo qd nō respi-  
rat paries: ipse responderer. qā nō ē aial.  
nō assignaret causam. et ratio est qd illa  
nō sit causa: p̄ legē oppositorū teriorū. si  
enī hoc. i. non esse aial esset causa nō ref-  
pirādi: ergo oportet qd esse aial esset  
causa resp̄irādi. qd tamē pbabil falsi.  
p̄fia vero pbabil ex lege p̄dictorio: si ter-  
min⁹ dī in post predicamētis dicti sunt  
affirmatio & negatiō. qā si negatiō. i. ter-  
min⁹ infinit⁹ vñfū extremū contradic-  
tio nis est causa ipsi⁹ nō esse. i. inferat alii  
terim infiniti negatiū: affirmatio. i. ter-  
min⁹ finitus alterū extremiti p̄ditionis:  
erit etiā causa illatiua ipsi⁹ esse. i. alteri⁹  
termini finiti. ex hac em̄ regula cōtradi-  
ctoriorū teriorū (qd etiā ponit in secūdo  
lobo topicorū ad hec vñbā: si oppositū i  
opposito: ergo et p̄positū in p̄posito)  
Aristo arguit platonēin. i. lib. de celo &  
mūndo: qd dixerat mūndū incepisse: sed nō  
fore finiēsi. qā vt arguit Aristot. si ad in-  
corruptibile seq̄tur in generabile: ergo  
ad genitū seq̄tur corruptibile &c. Hanc  
tamē regulā logicā in hoc loco Aristot.  
declarat exēplo medicinae artis dicens.  
sicut sine mensura. i. cōmensurazione ac  
proportione debita esse in corpore hu-  
mano calida & frigida. i. quatuor humo-  
res naturales est causa non sanandi. i.  
non sanitatis: ergo cōmensurata esse  
eadem calida et frigida in corpore ho-  
minis est causa sanandi. i. sanitatis. et  
ita in alijs multis exemplis aliarū sciē-  
tiarū. Similiter ergo in proposito exē-  
plo de aiali & respiratione: si affirmatio  
est causa ipsi⁹ esse. i. affirmationis: etiā  
negatiō erit causa nō esse. i. negationis.  
et ita cōsequens illa fuit bona. si non  
esse animal est causa non respirandi:  
ergo esse animal erit causa respirandi.  
Quod autem cōsequens sit falso pa-  
tet. non enim omne animal respirat: vt  
pisces / musce / aranee: et generaliter  
omnia animalia non habentia sangu-  
inem / et pulmone carentia non respirat.  
ergo in his demonstratis. i. in hac demō-  
stratione propositi exempli non conti-  
git quod dictum est: quod fiat demons-

Exem-  
pla ido-  
nea.

## Primi libri posteriorum.

stratio per causam & ppter qd. quare concluditur eam esse demonstracione qa est & non per causam. Et maioris declaratio nis gratia subdit.

**C**Sillogismus autem huiusmodi causa. scilicet cōs et remote imedia figura sit qd est secunda: ppter qd mediū vtrāq; extremitate cōius. sit ergo. A. mediū animal. B. vero maior extremitas respirare sive respirans. C. autem paries minor extremitas. tū formetur sillogismus. si omni. B. inest. A. omne em̄ respirās est animal maior. ppropositio in. C. autem nullo est A. qd paries non est animal: minor ppositio. quare nec in. B. nullo erit. A. paries non respirat. qd est conclusio demonstrata qa est non. ppter qd. hec em̄ demonstratio certissime. probat qa ita est qd paries non respirat: sed non explicat causam. ppter quā non respirat. et quāvis causam cōtem reditat: nō tamē pprīam ppter quā ita est: qm illius est causa adequata. hoc autem non est scire simpli citer prout in prima diffinitione scire de claratio est: sed est scire secundū accidēs/ & secundū qd & impfecte: qd Aristoteles. vocat scire sophistico modo. i. aliquo modo. Et sup addens aliud exēplū ad idē propositum. ait Aristoteles.

**C**ōparantur autem huiusmodi causa. scilicet cōs & remote. secundū excellētiā. i. excessum dictis effectib; hoc autem dicere: est plurimū distans ab extremitatibus dicere mediū & nō immediatū ac pprī. sicut est illud qd legit de qd-dam homī Scythā genere qd vocabatur Enacharsis. qd forte Athēnis (qd erat tūc florētissima vniuersitas: & ad eam cōcurrebāt omnīs fere homī nationes) interrogatus: qd in scythia patria sua nō es sent viri & femine leti & cātores: respondit: qd ibi nō sunt vites. i. vinee nec nascitur vīnū. illa em̄ nō est causa imedia ta & propria: quare ibi: nō sunt fiduciae musici & cātores. tertius vero habet qd in scythis nō sunt fibillatores: qd. s. cantabant canticum vindemiārum.

**C**Secundū igit̄ cādē sc̄iētiā &c. epilogus est totius huius prime p̄tis. in qua dictū est qd differētie sunt ipsius qa demonstrationis: ad eum qd est ppter qd sillogismus: secundū cādē scientiam. i. quādo ille demonstrationes fūnt in cādē scientia: qa ille differētie stant secundū medioz positionē diuersam. nā in demonstratio ppter qd mediū denotat causam pprīam & immediatā: sed in demonstratio ppter qd mediū vel nō denotat causam sed poti⁹ effectū: vel denotat causā solū remota & media. Unde elici poterit ppter diffinitiones harū specierū demonstrationis. nā demonstratio ppter qd duas copulatiōē requirit cōditiones. s. qd pcedat a causa & a propria causa. et ppter defectiōē cuiuslibet istarū conditōnum demonstratio redditur: qa est. vnde notāter eius diffinitione ponitur distinc̄iōe. s. qd procedit nō a causa: sed ab effectu: vel si procedat a causa: nō tamē a propria sed a remota & cōmuni. **C**Ausa uertut tamē lector circa hāc partē qd Ari equoce sto. equocat hoc vocabulū causa a ppter accipit̄. ma differētie in secundā trānsiens. nā in prima dīa quādo vtrāq; illari demonstratio dicis pcedere p causam: sed non eodē modo: qa altera per causam immediatā altera per mediā: accipit̄ hoc nōmē causa logice prout est nōmē sc̄lide intērōnis. s. ppter pncipio vel pmissa demonstratio, qd pot esse cōstituta ex teris pprīis vel ex cōib; & cōfusis. nā hoc modo accipiebat̄ causa in diffinitione demonstratio sc̄iēta: vbi dicuntur causisq; conclusionis. vnde in hoc capitulo maioris intelligētie causa Aristoteles. mutauit nōmē cause in mediū dicens mediū pprīi & mediū cōmune vel remotū. Sed in secunda dīa hoc nōmē causa accipit̄ phisice prout est nōmē prime intērōnis: qa dī qd demonstratio ppter qd pcedat a causa ad effectū: sed demonstratio qa ab effectū ad causam. hoc palā denotat illa duo exēpla astrologica de scintillatione stellarū: & de cī-

## Caput decimū quartū de demonstratiōne qā & ppter qd.

eulari augmento luminis lune. vt dictū est qd ppe esse planetas est causa non scintillandi: & rotūtū lune est causa circularis figure sui luminis. et nō econtra.

de prima pte huius cap. q multis appa  
ret facilis & clara: sc̄ iudicio meo a pau  
cis est intellecta.

Demo  
stratio  
forma  
lis &  
cau  
salis.

Sed ut hec clarior intelligatur: est norans qd sicut supra posuimus duo ge  
nera definitionum. sc̄ formale & causale:  
ita hic per eadē mēbra distingui oportet  
demonstrationes. cū demonstrationis  
mediū sit diffinītio. est enī quēdā demon  
stratio formalis: alia causalis. Demon  
stratio formalis est illa qd procedit ex p  
ositionib⁹ rectorū nominis et verborū  
i. qd sunt ppositiones pse in primo vel se  
cundo modo. et huiusmodi demonstratio  
nes sunt creberrime in mathematicis  
doctrinis atq; in methaphysica. Demo  
stratio causalis est qd procedit ex pposi  
tionib⁹ obliquis nominis et verborū:  
cuīusmodi sunt oēs fere demonstratio  
nes phisice medicinales & morales si qd  
sunt. Ad ppositionē dico qd in vitroq; isto  
rum modis habet locū distinctio duas  
rum specierū demonstrationis. sc̄ qd et  
pter qd. est enī formalis demonstrationis  
hec ppter qd: illa qd. similiter in  
demonstratiōnib⁹ causalib⁹. Prima ergo  
differentia quā Christo posuit inter has  
species est intelligenda in demonstratiō  
nibus formalib⁹: secunda in causalib⁹. qd  
qd clarior est prima: plura ei⁹ exempla  
posuit quā primē cui⁹ tamē exēpla ma  
thematica superi⁹ in cap. de errorib⁹ cir  
ca vniuersale posita sunt. semp enī cum  
qd errat in acceptione vniuersalitatis: si vo  
luerit demonstrare passionē de subiecto  
no ppter facit demonstrationē formale  
lem qd est. vt cū demonstrat habere tres  
z. de figura vel de isoscele: per illā enī  
demonstrationē nō sciēt ppter quid illi  
subiecto conuenit habere tres z. sed solū  
qd ita est. Qn autē qd bene accipit vni  
uersale & dmostrat passionē de suo ppo  
subiecto: facit demonstrationē formale  
pter qd est. vt cū demonstrat habere  
tres z. d triangulo. per illā enī sciēt ppter  
qd illa passio conuenit illi subiecto. sc̄  
eclūs ppter rationē trianguli. Hactenq;

## Secūda pars hui⁹ cap.

Alio autē modo differt ppter  
quid ab ipso qd tē. sc̄ quādō per alia. i. di  
uersas scientias vtrūq; speculari contin  
git. sep̄ enī de eadem re disputat diuer  
se scientie: & forte vna earū procedit per  
demonstrationē ppter qd: alia p demō  
strationē qd. et declarat primo in qbus  
sciētis hoc maxime cōtingat dicens. hu  
iusmodi autē scientie sunt qdīq; sic se ha  
bet adiunīcē qd alterū. i. altera earū est  
sub altera: qd alio nomine dicitur sciētia  
subalternata alteri. vt. i. qualis est spe  
culatīa qd & pspctīa cōparata ad geo  
metriā. et machinatīa. i. ars edificandi  
domos & tēplaq; dicitur machine: se ha  
bet ad stereometriā: qd est pars geomē  
tricē practice que alio nomine dī solime  
tria. i. solidorū mensuratīa. et similiter  
hoc modo se habet armonica. i. musica  
qd est de armonia vocū: ad arithmeticā.  
Et venīq; sic se habet apparētia. i. naua  
lis vel pastoralis aut etiā ruralis indu  
stria: per qdā apparentia signa in aere/  
vel in aqua/ aut etiā in aſalib⁹ terrestri  
bus: ad astrologiā qd motus & aspectus  
stellarū contēplatur. nā in quolibet bi  
nario supradictori superior sciētia dicit  
pter qd ita est: inferior vero solū dicit  
qd ita est. hoc manifestissimum est in vlti  
mo binario. nā agricole/naute/ & paſto  
res per quedā methæorologica signa in  
supradictis corporib⁹ praevident futu  
ras pluviā/ ventos/ tēpestates/ et alia  
huiusmodi accidētia naturalia: & sciunt  
qd ita erit. sed causas nesciūt istorū acci  
dētū: astrologi autē certā cōputationē  
motus celestī habētes praevident cōſi  
ctiones/ asperciū/ ecclipses/ qd sunt cau  
se precipue istarū mutationū in corpori  
bus istis inferiorib⁹: ideo sciunt ppter  
qd erit pluviā/ aut vētū tali die/ vel no  
cte alicui⁹ mēs vel anni. alij autē non

## Primi libri posteriorum.

sciant causam nec propter qd: sed soli preuidet qd ita erit. Quare tota doctrina methorozū Aristoꝝ, pndet ex astrologia iudicativa de mutationibus tēporum. docet enī ibi Aristoꝝ, et omnes docti pbi quomodo generā pluvia: et dant qdā signa mōr̄ future pluviae: sed nesciunt causam/quare ita erit: et pppter qdā magis ab isto vento qdā ab illo venit pluvia. et ita de ventis/cometis/terremotibꝫ et alijs huiusmodi accidētibꝫ. qdā tamē causas periti astrologi cognoscunt. Et hoc itaqz loco manifeste apparet qd Aristoꝝ, nō negauit astrologiā in diciariā esse verā scientiā et cognoscitivā causarū multorū accidentiū qdā in his in ferioꝝ fiunt. Addit tamē Aristoꝝ, qdā in predictis binarijs scientiarū est qdā cōuenientia inter superiorē et inferiorē sciētiā: qdā cōcīant in nomine cōmuni: qdā vtrāqz earū dicitur mathematica dices.

**E**fere autem sunt vniuoce, 1, in uno nomine cōuenientes qdā harū scien tiarū, et astrologia dicitur mathematica; et similiter qdā est naualis industria: (quā p̄iā appārebat dixerat;) dicitur mathematica, item armonica, i. musica est mathematica; et similiter ea qdā est pulsativa instrumentorū seculi auditiū, i. qdā sunt audiū suauia; dicitur mathematica. Versū hoc dictū Aristoꝝ, est intelligendū cum moderamine, i. qdā omnes dicitur mathematica: sed nō penitus eodē modo. qdā superiores earū arithmeticā et geometriā sunt pure mathematicae, i. abstractiue, sed perspectiua et musica/partim phisice sunt et p̄iū mathematicae, quia imaginationes mathematicas applicat ad res phisicas; ut arithmeticā ad sonos: perspectiua ad luces et colores: eadem ratio est de astrologia, alie vero in feriores industrie vel potius artes mechanicas vel machinatiua/naualis/ et pulsativa/ et alie huiusmodi magis proprie sunt phisice qdā mathematicae. Ergo ista vniuocatio nos ad oēs istas artes non est in specie sed in genere qdā est pura

vniuocatio: qdā in. 7. phisicoruſ dicitur et equocationes latent in generibꝫ, et hōc īdeo qdā gen⁹ quāuis sit vniuocatio ad omnes suas species: tamē significat res diuersarū et inequaliū perfectioniū essentialiū, non est ergo in genere pura vniuocatio: qdā sub ea laterē equocationis. Sed dimissa ista cōuenientia predictarū doctrinariū in vocabulo confuso: qdā parui est momētū redēsido ad ppstū dīfētiā earū p̄sequamur penes/qdā et pppter quid, iterum dīcentes,

**Q**d hoc ipsum qdā ita est: sensibilium, i. inferiorū facultatū qdā ad res sensibiles applicat principia mathemati ca: est scire et dicere solum qdā est. scire autē propter qdā ita est in singulis qdā siōibus est mathematicorū, i. superiorū scientiarū, hi enī habēt demōstrationes causarū qdā dicitur pppter qdā. Est tamē dubius an artifex superior qdā scit propter qdā: sciat etiā qdā est? Ad hoc respondet Aristoꝝ, qdā et si cōter et frequenter ille qdā scit, pppter qdā: sciat etiā qdā est: tamen.

**M**ultoties nesciūt superiorē artifices ipsum qdā, et declarat p̄ simile. sicut vniuersale principiū alcuiꝝ sciētiā cōsideratēs: multoties quēdā lingularia nesciūt distincte et in ppria forma: vt in p̄mo ca. huiꝝ lib. supra notatiū ē: pppter id qdā nō intēdūt, i. aduersit ad omnia singularia sub illo vniuersali cōtēta. eodē modo in istis sciētijs subalternātibꝫ et subalternatis: scip̄ hō habēt sciētiā superiorē et speculatiū vult līstere in ea: nō curat de praxi inferioris sciētiā: qdā medicorū et iure perito: et pleriqz mathematicorū, sciēs enī geometriam aliquādo nō curat et machinatinā: et sciēns astrologiā nō vult intendere circa methorologiā natuālē aut pastoraliē, et callens musicā nō vult cātare aut instruimenta facere neqz ea pulsare, huiusmodi ergo holes sciētiū pppter qdā et nō qdā, i. sciēnt principia cōmūnia demonstratio nis pppter qdā: sed qdā ea nō applicat ad particula ria; nō scīst qdā ita est: qdā non ex-

## Caput decimūquartū de quā & propter quid.

persuntur ea, hoc est qd Arist. sentit in hoc loco, qd tamē sane intelligi haberet, s. de cōclūsione quā qd non demonstrat, fieri enī nequit; vt faciens demonstratio nem ppter qd ad probādā aliquā conclusionē sciat de ea proper qd & nesciat qd vera est, sed possibile est qd habens scientiā superiorē habitualiter nō faciat demonstrationē ad aliquā conclusionē probandā; clarū est qd ille pposta sibi illa cōclūsione nescit qd vera sit; qd non probauit eā, neqz pbatōnē ei⁹ audiuīt, et in hoc casu loquitur Arist. in hoc loco, Et magis declarans dictā dñiā scītārū superiorū & inferiorū addit Aristot.

**C**Sūt autē hec, et quāuis sensus huius locisit clar⁹; tamē variant interpres, quidā enī corū dicit hic esse sermonē de scientijs superiorib⁹; ali⁹ voluit qd loquitur de inferiorib⁹. Faber habet pīmū modū in suo cōmētario; sed secū dovidetur facies literē magis arridere, vt dicam⁹ sunt autē hec i. artes inferiores qd cū alterū qddam sūt, i. diuīse ac distīncte ab alijs superiorib⁹ seculū substanīa, i. subiectam materiā determinatam; vīlītur tamē specieb⁹, i. formalibus principijs superiorū scientiarū, mathematicē enī pure qd sunt scītē superiores; circa species, i. formas cōmōnēs sunt, nō enī de subiecto aliquo, i. materia determinata considerant, si enī, quāuis geometriā entia sunt dicibilia & subiecto aliquo determinato, i. sunt in materia determinata (qd dici de improprie accipitur hic pro esse in) tamen nō considerat ea geometria seculū qd in subiecto determinato sunt, i. nō considerat ea geometria est illa determinatione; sed abstracte & confuse. Est ergo in breui sensus hui⁹ literē, qd in subalternatione scientiarū inferiorēs differunt a superiorib⁹ per hoc qd quāuis inferiorēs vīlītur principijs superiorū scientiarū, tamen applicat ea ad materias determinatas, i. ad res naturales determinatas, vt musica ad sonos, perspectiva ad lucēs, astrolo-

gia ad motus celorum, superiores vero scientie nullā materiā determinant in rebus naturalib⁹, qd licet res de quib⁹ cōsiderat arithmetica & geometria sunt in materijs determinatis; omnis enim numerus est in reb⁹ in ūdi corporalib⁹ aut spiritualib⁹; omnis etiā linea vel ūficies est in ligno aut lapide vel metallo r̄t. (nō enī concedit Aristot. entia mathematica realiter separata a reb⁹ naturalibus, vt p̄sūlato dicebat post Pythagorā:) tamē res mathematicas ille scītē superiores considerant abstracte & communiter; neqz in hoc est mendacīs ut dicitur in seculo phisicorū. Ad eidem sensum rediret hec litera intellecta de superiorib⁹ scientijs, s. qd per hoc diffīrunt ab inferiorib⁹ r̄t. Sed adhuc loquēdo de scītēs inferiorib⁹ addit Aristot. qd scītēs subalterneat ut perspectīva et musica cōparate ad alias magis inferiorēs; possunt dicere propter quid de reb⁹ quas ille considerant, dicens.

**C**Habit enī se ad speculatiūā, 1. ad perspectīvā quedā alia scītē: sicut hec ad geometriam, s. quia subalternatur ei, sicut id capitulū quod est de iride, r̄ similiter capitulū de halone in tercio libro methcororū Aristot. nam ipsum quia phisici est dicere, s. qd est circulāris figure, r̄ quod quanto luminare est, propinquius horizonti, tanto est maior circulus r̄t, sed dicere, ppter qd ita est; hoc est perspectīvū aut simpliciter p̄ sua propria principia; aut seculū doctrinā alterius superioris scītēs puta geometriā. Demū vero cum subditur.

**C**Multe enī & non &c. declarat quomodo differunt quia & propter quid in diversis scientijs disparatis & nō subalternatis positis, et dicit qd sunt multe scientie disparate & non subse inuicē posse; que tamen quātum ad aliquas conclusiones se habēt sc̄: scilicet quod de eadem conclusione una earum dicit quid, et alia propter quid, ut medicina idest chirurgia se habet ad geome-

## Primi libri posteriorum:

triā hoc modo quantum ad illam cōclusionem: quod vulnera circulariārā diū sanantur quam oblonga/ vel laterata. hui⁹ ēst̄ cōclusionis chirurgici est̄ scire q̄ ita est̄. ppter qd autē ita s̄t̄: geometrii est̄ scire. s̄. propterea qd in figura circulari latera plus distant a cōtro quā in figura oblonga vel alteri⁹ formi. Hec de secunda parte que etiam a paucis bene intelligitur vi patebit.

### ¶ Questiones idonee.

Circa hoc cap. q̄st̄iones idonee esset iste. Primum trū differētie posse ab Aristo. inter demonstrationes q̄ t̄ ppter qd sint recte posite et declarare. Secunda. vtrū in mathematicis puris sit aliqua demonstratio ppter qd. i.e. per causam immediatā. Tertia. penes qd sit attēda da subalternationis scientie ad aliam. Quarta. vtrū conclusio vnius possit in alia demonstrari: ita qd due scientie cādem conclusionē demon strēt̄.

Sed quāuis multi ante nos de subalternatione scītiāris multa scripserint: vix reperi aliquē q̄ memē Aristos. in hac q̄st̄ione assēquunt̄ fuerit: sed omnes quos vidi ex ppter phātasia ponit̄ conditions req̄stas ad subalternationem scītiāris: dimissa Aristo. via recta.

Quare suppositis his q̄ de hac matēria notaūlm⁹ supra in cap. 8. et in cap. 10 pte prima ad fine: addem⁹ hic tres aut quatuor cōclusionses & subalternatione scītiāris: quas tamē operos⁹ pbauimus in paraphrasi p̄mī p̄t̄ sancti Tomi. q̄. prima articul⁹. vbi ipse dicit̄ theologia esse scientiā: subalternata tamen scītiā dei & beatorū. Prima cōclusio q̄ subalternatio vni⁹ scientie ad alia ppe loquēdo non attēditur penes principia earū: sic qd scītiā superiorū ppter principia scītiā inferiorū. hoc enim non solū est falsum/ sed etiā est impossibile impipliās̄dictiōne: q̄a nulli⁹ scītiā principia per alia scītiā probari possunt demonstratiue. omne enim principiū est ppterit̄ in immediata & qua nō est altera prior

per quā demonstrari possit: s̄t̄ in illa/ s̄t̄ in alia scītiā. vnde nec arithmetica pbāt̄ principia musicæ: nec geometria principia p̄spectiue aut astrologie. et hoc patet inductione in oīnib⁹ principiis: q̄a nec dissimilitudine/ nec dignitas/ nec suppositione: neq̄ est verū qd multi ep̄nāntur methaphysicā: idēc dīcscientiā cōmūnē: q̄a ipsa probat principia oīum aliarū scītiāris. Sechda cōclusio: quod subalternatio scītiāris ppter dicta nō attenditur penes earū conclusiones: sic qd per principia aut cōclusionses vnius scītiā probari possunt demōstratiue con clusionses alterius scītiā. hanc exp̄esse habet Aristo. supra in cap. 8. non cōtinuit̄ demonstratiē trāscendere de genere in genus: q̄a demōstratio nō procedit ex extrācōs. Neq̄ est verū qd cōmūniter multi dicit̄ qd arithmetica demōstrat cōclusionses musicæ & geometria cōclusionses perspectiue. hoc enim esset demon stratiō fieri ex cōmūnib⁹ qd Aristos. negavit supra in cap. 10. etiā q̄ in hoc cap. dixit qd demonstratio ex cōib⁹ est solū: q̄a est & non ppter qd. At q̄a supra in predictis duob⁹ cap. verba textus videatur dicere: qd arithmetica probat cōclusionses musicæ & geometria cōclusionses perspectiue ac. videatur declaratio nra in fine prime partis. o.ca. Nulla ergo pbatio arithmetica q̄ sit in musica est demonstratio ppter qd: sed vel solū q̄a/ vel est ratio dialectica. similiter de geometria et perspectiua atq̄ astrologia. Tertia cōclusio: qd subalternatio ppter 3. cōclu dicta attēditur penes subiecta scītiāris & subiectori ptes: sic qd subiectū inferioris addat diām accidentalē supra subiectū superioris & correspondenter ptes illi⁹ sup̄ partes hui⁹. pbatio est a suffi cienti enumeratione modorū subalternationis. et item q̄a ille scītiā q̄ cōmūniter cōcedit̄ subalternata alijs hoc modo se habent ad eas. semper enim subiectū inferioris est min⁹ cōmūne q̄ subiectū superioris: est enim pars in modo sub eo. et ita ptes. i. species cī⁹ sub specieb⁹ alterius

1.cōclu

2. cōclu

## Caput decimūqntū de figura maxime faciente scire.

Quar terius correspondenter. Quarta cōclu ta p̄chō s̄lo qd̄ scientia subalternata est alia r̄di stincta specie a superiori sua subalternā te: nēc est dicenda pars eius: quare non oēs passiones quas dēmōstrat scientia īferior mutuat a superiorē: sed habet proprias in quibus nulli alteri scientie subalternatur, quād autē vna scientia est pars alterius: subiectū eius est vera species subiecti illi: vt sciētia de lineis/ vel de superficieb̄ est pars geometrie: q̄ est de magnitudinib̄ et sciētia de celo/ vel de generatione est pars sciētiae naturalis: q̄ de corpore naturali/ vel de re naturali disputat. et sic de scientia morali/ de medicina/ et de alijs. q̄a vt Aristoteles ītra in hoc libro dicit: vna scientia est unius generis. s. subiecti / et partii eius subiectuarum: q̄ sunt species: non autē de partibus ī modo.

## Caput decimūquintū decla rat figuram sillogisticā maxime aptam faciēndis demonstratiōnib⁹ potissimis.



Iguratum autē prima r̄c. Quāuis autem Aristoteles ī primo libro priori satis copiose for mas sillogismoz d̄clarauerit: distin guēs eoz tres p̄cipuas figurās: et ī qualibet eoz modos suos enumerās: hic tamen nō supflue quedā eorum re petit. vt pote qui dēmateriā dēmōstratiōnis tam multa dixerat: eius formā artificiosam non videatur nec ligere; et consone quidem ad cap. precedens: quo dēmōstratiōni cōparatiōne quo ad materias docuerat: addit nunc for marū cōparatiōne. s. penes ptes ī modo: que sunt dēmōstratiōne prime figura/ seclude figura/ et tertie figura. vt ostē dat in eis que melior sit / et que dete-

rioz. et hoc facit ī prima parte huius cap. In secunda vero ibi. Sicut autem ponit quedam preludia ad sequentia cap. ponitur ergo ī principio cap. conclusio probanda. quod trium figurāū sillogisticarū prima est magis faciens scire quam alie due. i. est magis apta et idonea sillogismo dēmonstratiō qui est sillogismus faciens scire. hāc probat Aristo. quatuor rationib⁹. Prima apōsteriori et signo ibi.

¶ Mathematice em̄: Inter om̄es eū sc̄ienias mathematicae sunt maxime dēmōstratiue: tñ ille y hāc primā figu rā faciūt dēmōstrationes suas: immo et per primū modū prime figure ut arith metica dicit qd̄ om̄nis numerus circū se positorū est medietas duozū numero rum. et geometria probat. qd̄ oīs recta linea est apta basis triāguli equilateri. et perspectiva. qd̄ in om̄ni p̄fecto medijs eo recipiſ radij lucis multiplicior quo est a luminoso remotior. et musica. qd̄ om̄nis ton⁹ post aliū in choīda collocaſ quāto eo acutior est: tāto mīnoi chorde specie contineuntur. et ita de alijs multis conclusionib⁹ illarū scientiarū. Secun dā rationē fere simile p̄cedēti ponit ibi.

¶ Et fere est dicere. i. in om̄niib⁹ alijs fere sc̄ieniis: q̄cūq̄ ppter qd̄ faciūt speculatiōne. i. scientificā considerationē suarū conclusionis: eadē veritas cōprobatur. aut enim om̄nino. i. semper aut sicut frequētius et in plurimis: per hanc figu ram. s. primā fit ī eis sillogismus q̄ est dēmōstratiō. ppter qd̄. quare et ppter hoc. s. q̄a ille est vīsus potissimari scien tiarū: erit prima figura maxime faciens scire. ppter qd̄. et scire est speculari circa coēlū. ppter qd̄ ipsa vera sit. nā scire solū q̄a ita est: non est qd̄ ma gnū. aut dignūt a sapientib⁹ inquirat. vnde et ī prohemio methaphysice dici tur: qd̄ tot⁹ phorū conat⁹ ī sc̄ieniis suis fuit rerū causas inq̄rere. qd̄ ē scire ppter quid. ergo nō solum ī mathematicis disciplinis; sed etiā ī phīsica/ma

## Primi libri posteriorum.

thaphistica / morali scientia / et medicina  
coclusio nostra habet veritatem, ut phisica  
probatur: quod omnis res naturalis constat ex  
duobus principiis essentialibus: et quod ois  
anima est actus corporis phisici organi  
ci rei, et methaphysica. quod omne ens est  
vniuersale, et quod in quolibet genere rerum est  
dare vnu priuatum aliorum omnium meritum, et  
moralis. quod ois virtus est mediocritas  
inter duo vicia, et medicina quod omnis fe  
bris est calor extraneus, et sic de alijs  
multis exemplis. De sermotionalibus autem  
disciplinis quauis Aristoteles hic non faciat  
mentionem: tamē hoc notissimum est apud  
oēs. s. quod sue regule fere omnes sunt vni  
uersales affirmati. Et hac itaq; idu  
ctione facta in oib; scientiis constat certa  
tis conclusione: vñitas. s. a posteriori qd  
mōstratiōe qd ē. Tertia ratio sequēsibi.

**C** Postea & ipsi⁹: iam sumitur a  
priori hoc modo, dictū est supra in cap.  
9. quod quedā diffinītio est coclusio demō  
strationis. i. per demonstrationē probatur  
de suo diffinītio. sed illa demōstratio nō  
potest fieri nisi in prima figura: immo &  
in primo modo eius; ergo prima figura  
est maxime idonea ad demōstrationes.  
cōsequētia p̄bat. qd huiusmodi demon  
stratio facit certissime scire. qd facit sci  
re qd & propter qd res est, at ergo scientia  
ipsi⁹ qd quid est. i. diffinītio de  
suo diffinītio per solā hanc. i. primā figu  
rā venari possibile est: qd tamē nobilior  
& certior est quā scientia passionis de suo  
subiecto, et hoc ex eo constat qd in me  
dia quidē. i. in secunda figura nō sūt predi  
cati⁹. i. affirmati⁹ sillogismus siue co  
clusio affirmati⁹: scientia autē ipsi⁹  
quicq; est siue diffinītio quādo pro  
batur de suo diffinītio: semp est affirma  
tio. i. affirmati⁹ p̄positionis scientia.  
ergo diffinītio nō potest demōstrari de  
suo diffinītio in secunda figura, sed neq;  
in tertia. in ultima inquit figura que est  
tertia: sit sillogism⁹ affirmati⁹: sed non  
vniuersaliter. qd in ea semper conclusio  
est particularis, at qd quid est. i. diffinīt-

tio semper est predictū vniuersale. nō  
enī homo est animal bipes quodāmo  
do. i. quātū ad aliquā suppositū solū: vel  
quantū ad aliquā tēpus solū: sed vniuer  
saliter quantū ad omnia supposta & om  
nia tēpora. Et si ergo in sola prima figu  
ra possit demonstrari coclusio vniuersa  
lis affirmati⁹: sedetur qd in ea sola pos  
sit demonstrari diffinītio de suo diffinī  
to: que est potissima demōstratio. ponit  
hic diffinītio: ois animal bipes more  
platonico/non assertiue.

**C** Ampli⁹ hec quidē: quarta ra  
tio etiā a priori. qd prima figura est alia  
rum pfectissima: ergo magis idonea ad  
faciendā demonstrationē qd est sillogis  
mus pfectissim⁹. cōsequētia est notissi  
ma. sed antecedens probat Aristoteles quia  
hec quidē figura prima nihil indiget il  
lis figuris secunda & tercia. sed poti⁹ ec  
cū. nā ille per hāc denfantur & augmen  
tātur. i. reducitur ad perfectionē sillogi  
sticā: quonseq;veniāt ad imēdiata princi  
pia sillogismo: qd sunt dicti de omni & di  
ci de nullo. Modus autē redūcēti sillo  
gismos secunda & tercia figurarū ad pri  
mam figurā vocat Aristoteles condensatio  
nem & rarefactionē: parabolice seu per  
methaphorā, intendēs loquī de medio  
termino: qui in secunda figura cū sit su  
pra duas extremitates per predicationē:  
videtur nūnī rarum & augmenta  
tum, & reducitur ad primā figurā p̄ eius  
condensationem seu diminutionē: hoc  
est quod ponatur sub una duarū extre  
mitatum vñ subiectū eius: qui prius de  
vtrāq; predicabatur. In tertia vero fi  
gura medius terminus erat sub vtrāq;  
extremitate per subiectiōem: ideo vi  
debatur nūnī densum ac diminutum:  
quare oporet quod predicetur de alte  
ra extremitate, qd est augmentari.

**C** Manifestū igit̄ est ex rōnib;  
p̄dictis qd p̄ma figura ē maxime p̄pā  
scientia. sillogismō scientifico qd ē mōstra  
tio. et hec est coclusio toti⁹ hui⁹ p̄me p̄.

**C** Secunda pars hui⁹ cap.

## Caput decimū tertū de principiis propriis scientiarū.

**C**sicut aut̄ esse contingit. A. et tu  
rus Aristo. de sillogismo ignorantie: qui  
est contrari sillogismo sc̄ientie sive demon  
strationi; premittit qualit̄ divisiones et  
diffinitiones vocabulorum necessariar̄  
ad hoc p̄positū. et in primis supponit  
q̄d sicut est aliqua p̄positio affirmativa  
immediata: ita dari potest et negativa  
immediata. hoc est q̄d dicitur sicut esse co  
tingit. A. p̄dicatū in. B. subiecto. i. A.  
predicari affirmatiue de. B. indiuisibilis  
ter. i. immediate: ita et nō esse. A. in. B.  
i. predicari negative et immediate concedi  
tur q̄d contingat. dico autē indiuisualiter  
sive indiuisibiliter esse vel nō esse. A. in  
B. eo q̄d nō sit aliquā eoz mediū per q̄d  
probari possit p̄dicatū de subiecto af  
firmatiue aut negatiue. sic enim se se hab  
ebitibus p̄positionis extremit̄: nō erit se  
cundū aliud esse/vel nō esse p̄dicatū  
**E**xemplum habet moralibus. **S**ed expla mā thematica de numeris / lineis / et angulis prius insinuata hoc facile probaret. si quispiā eī velleret distinctionē numeri hac via colligeret: diuidat primo numerū per binarium ternariū / et alias species huius generis: deinde accipiat distinctiones proprias singularū speciesū distinctionis: quod binariū est collectio vel aggregatio ex duabus unitatibꝫ: ternariū collectio ex tribus unitatibꝫ: quaternarius ex quatuor tē. in his distinctionibus hoc cōplexus: collectio vel aggregatio ex unitatis communē est. ergo hoc genus numeri per hanc differentiam est distinctionē: premisso tamē genere superiori predictamētū quantitatatis: in quo hoc distinctionē reponitur hoc modo numerū est quantitas vel multitudo ex unitatibus collecta vel aggregata. In exemplo similiter de hoc genere linea: distinctione lineae recte est: longitudine sine latitudine cuius medium nō exit vel deviat ab extremis. distinctione linee curva aut circularis est: longitudine sine latitudine cuius medius exit ab extremis. hec due distinctiones cōmunicant in hoc cōplexo: longitudine sine latitudine / addito ergo genere superiori: hec fieri distinctione lineae: quantitas vel magnitudo: quod est longitudine sine latitudine. Eodem modo esset inquirendā distinctione anguli in genere: premissis distinctionibus speciesū huiusmodi. angulus rectus est duarū linearū cōcursus vel contactū ppedicularis. obliquus angulus est duarū linearū cōcursus nō ppedicularis. iste cōmunicat in hoc cōplexo: duarū linearū cōcursus vel contactus: cuius apposito genere sicut hec distinctione anguli. angulus est superficies terminata in qua est duarū linearū concursus tē. **D**aretur lgitur secundus modus venādi distinctiones: qui dictus est resolutius vel reducius inferiorū ad superiora: cum primus esset diuisiū descendendo a superioribꝫ ad sua inferiora. Primum item modus habet locū quādū alicuius speciei distinctionis est ignota: quā opus est eam invenire per

superiora predicata essentialia descenda per diuisiones. Secundus autē modus valet ad inquirendā distinctionē ignorātū generis: qā oportet eā venari te colligendo et suis speciebus. Utrum isti duo modi in hoc cōcordant: qā invicem coeūt est necessaria diuisio generis in species: ideo Aristoteles inserit hic pauca de utilitate diuisionis generum in suas species vel differentias ibi.

**S**ed diuisiones que sunt secundum differentias i.e. per differentias: utiles sunt in scientiis: ad hoc utile adca- mus. i.e. procedam in distinctionibꝫ per dī- cīs: sicut dictū est per dīos modos. s. ut vel distinctiones generis resolutiue: vel distinctiones species diuisiue inquiramus. vt tamen. i. quemadmodū diuisio- nes demonstrant. per sillogismū diuisiū dictū est in prioribus. i. in cap. 4. huīs secundi. ubi probatum est quod disti- ntiō nō potest demonstrari de suo disti- ntiō per sillogismū diuisiū qui simili- ter non probatnisi ad hominem. i.e. con- ceſſione eius. quāuis ergo diuisiones ge- nerum per differentias non sint utiles ad demonſtrandi: sunt tamen utiles solū ad colligendū in quod quid est. i.e. disti- ntiō. videntur utiq̄ diuisiones huiusmo- di nihil monstrare: sed sine probatione accepere omnian: quā si aliquis a priu- tie acciperet quod intendit sine diuisio- nē aliqua. i.e. nullum faciens discriminē. Id colligēdam ergo distinctionē per diuisiones generum (ex quo sunt utiles ad hoc) est bene aduertēda positio par- tum in distinctione: quas accipit quis- ser multum: eorum predicationē: s. i.e. predicatoris que in distinctionē sunt po- niēda: quod prius et quod posterius po- natur: ut predicitur de distinctione. ut verbi causa. differt dicere. distinctione homi- nem: animal mansuetum bipes: vel differt: bipes animal mansuetum. pro- batio. scilicet omne idest omnis disti- ntiō ex duobus predicatis est consti-

## Secundi libri posterorum.

tuenda. puta ex genere et differentia; et  
vnu aliqd. predictiss est animal. māsue  
tum: iterum ex hoc posito pro genere et  
ex differentia sibi addita est. i. diffinatur  
homo: vel quodlibet aliud diffinibile  
qđ vnu sit; necesse est dividenter. i. pro  
banū per divisionē: illam differentiam pe  
tere ut detur sibi ab alio. puta bipes vel  
aliquā aliā. refert ergo quo in loco diffi  
nitionis illa differentia ponatur. nā eo  
in loco ea predicabatur in quo ipsa ve  
nit pēdēa: et possit nō bene ponī. Am  
plius. i. adhuc ex bona positione differē  
tie in loco suo sequuntur alia utilitas. s. qđ  
sic soli modo continget nihil om̄mitte  
re eorū que ponēdā sunt in diffinitione.  
nam cū primitū accipitur gen: si ad inue  
niendā differētiā per divisionē accipiat  
aliquis aliquā divisionē aliquid inferio  
ris generis: nō omne. i. totū illud genus  
incidenti, cadet in hoc. i. in hanc divisionē.  
vi. si quis aīal diuidet p̄ has dif  
ferētias: aliud habēt alas diuīsas. i.  
diferētias: et aliud habēt alas cōtinuas.  
non cū omne aīal aut totū pēnatū. i.  
continuati: aut diuīsum pēnatū. sed hec  
diuīsto est inferioris generis sub anima  
li. s. aīalis pēnatū aut volatilis. nā omne  
aīal pēnatū est vel hoc. vel illo modo  
habens pēnas alarū. et huius generis  
est hec differētiā diuīsto / non autem  
animalis. prima ergo differētiā diuī  
sto animalis est illa inquā omne animal  
incident aut cōprehendit. similiter autē  
est et in aliorū generum unoquoq. siue  
illa genera sunt extra genera animaliū:  
ut planta / metallū / c. siue sunt sub ip̄sis:  
ut avis / pīscis / c. nam avis ea est diuīsto  
prima inquā omnis avis incident. et in pi  
scē illa inquā omnis pīscis venit. Sic qđe  
igitur ambulanti in diuīstionib⁹ generis:  
prompti erit scire quando nihil est reli  
cum eorū qđ ponenda erat in diffinitione.  
aliter autem faciendo diuīstionē / et  
quasi per saltū procedendo. s. interrum  
pendo serienecesse est cum relinquere  
aliqd eorū que in diffinitione ponenda  
erant / et nō scire verā diffinitionem. Sē

sus ergo Aristot. in hoc paragrapho lō  
go est. qđ diuīstiones generis per differē  
tias sunt utiles et necessarie ad forman  
das diffinitiones: dum modo obserua  
tur ordo in collocaōis partib⁹ diffinitio  
nis. s. qđ differentie nō ponātur ante ge  
nus: quia esset diffinitione nugatoria: et in  
ter differētias etiā sit ordo. s. et cōmūni  
res eorū preferātur minus cōmūnibus.  
ad hūc autem ordinē bene obseruandū;  
necesse est qđ diuīstiones incipiāt a su  
periorib⁹ generib⁹. et unaq; eorū sit  
prima et immedīata diuīsto cuiuslibet ge  
neris. his enim bene artatis nullus erit  
defectus in diffinitione.

## C Tertia pars huius cap.

C Nihil autē oportet &c. Contra doctrinā datā de modis inueniendi  
diffinitionē: insurrexerunt quidā phīlo  
sophī dicentes qđ non est possibile nos  
aliqd diffinire: qđ in diffinitione oportet  
ponere omnes differētias: quib⁹ diffinib⁹  
le differt ab aliis omnib⁹ qđ sunt in mīsi  
do: hoc autē est impossibile: qđ a habē  
das omnes differētias oportet et cognoscē  
cere omnes res a quib⁹ hoc diffinibile  
differt: qđ nobis nō est possibile propter  
rēs innumerabile multitūdī. Ad hu  
ius erroris impugnationē Aristo. p̄mo  
ponit conclusionē cōtrariā dicens. nihil  
autē i. non oportet diffinire aut diuīde  
tem ad faciendā diffinitionē: omnia scire  
qđ sunt. vt illi cōtendit. et tamen quidā  
(d̄ quorū numero notatur p̄ seū sipp⁹)  
dicit impossibile differētias omnes co  
gnoscere: qđ sunt differētias diffinibilis  
ad vniquodq; ens mīdi: nō cognoscē  
tem vniquodq; corū a qbus differt  
ipsum qđ diffinitor. siue autē differētis  
i. nisi cognoscātur differētiae: nō est. i. nō  
cōtingit scire vniquodq; per diffinitionē  
nem. aquo cū nō differt aliqd: hoc ne  
cessē est idē esse huius: a quo autē differt:  
necesse est alterum esse idē est diuersum  
ab hoc. dicebat illi. Sed cōtra eos dici  
mus: qđ non est uiceesse diffinientē om̄ia.

## Caput decimum de modis inveniendi distinctiones.

nia cognoscere et hoc propter duo.

**P**rimū quidē hoc falso est: scilicet qđ voltimo dicebant de differentiis qđ oporteat eas omnes cognoscere, non em̄ secundū omnē. i. quālibet differentia distinibile est alterū. i. specie differens ab alijs, multe em̄ sunt differentiae in eisdem specie. i. in rebus eiusdem speciei: qđ non sunt secundū substantiā. i. essentiales nec per se solum accidētales: cuiusmo di sunt differentiae individualē singulorum, cōstat autē qđ ad distinctionē aliquā essentialiter / qđ quiditatue nō est necessariū scire dias accidentales: sed solas essentiales: qđ per se / r specificē vocant.

**P**osterius. i. secūdo dicimus: qđ cum per divisionē primā r. immediata alicuius generis accipiātur opposita secundū diff. remiā. i. differentiae opposita putā contrarie vel contradictorie: inter quas nō est dare mediū: r. cī per illam divisionē euacuatū totū gen⁹. i. qđ omne existens in illo genere aut est hinc. i. sub hac differentia/ aut inde. i. sub illa: r. accipiat per certitudinē experientia hoc qđ qđ situr distinctionē in altero. i. in una illarū differentiis esse determinata: et hoc membris divisionis ipse distinctionis cognoscit: his em̄ omnib⁹ cōstantib⁹ mīhi resert distinctionē scire aut nō scire de qbuscunq; alijs ille differentiae predicitur. Sēsus est: qđ ad habendā distinctionem essentialē / seu quiditatū alicuius distinibilis nō est necessaria notitia propria r. distincta omnīi aliorū a qbus ilud differt: sed sufficiat notitia vniuersalīs r. cōfusa per differentias cōmunes. qđ ex quo scio qđ alia omnia a distinbit illo nō cōtinentur sub differentiis postis in illa distinctione: certus sum qđ ipsum differt ab omnib⁹ alijs: quāuis eorū proprias notitiis non habeā. Unde cōcludens Aristoteles ait.

**M**anifestū autē quoniam si sic vadens. i. procedes per divisiones generum tādē veniat in hec. i. ad illas a difference

tias: quorsū. i. post quas nulla amplius est differentia: ille inquā rationē substantie. i. distinctionē quiditatū habebit de suo distinbito: etiā si alia omnia ignorauerit. Aliā que excogitari posset: cōvulationem contra predictā excludens Aristoteles subdit.

**O**mne autē incidere &c. causatio hec esset: qđ procedes per divisiones generū ad inquirendā distinctionē: indiget probare vel ab auditori petere qđ quilibet illarū divisionū sit sufficiens / r euacuans totā potentia illius divisionis. quaerē doctrina data de inuentione distinctionis per divisiones generū est imperfecta r dubia. Hāc obiectiōne paucis verbis Aristoteles refellit dicens, omne autē. i. genus divisionis incidere. i. contineri vel cōprehendi in divisionē. i. in membra divisionis (si illa opposita sint: r quib⁹ nullum mediū interest) nō est petitio. i. nō oportet illud petere sibi concedi ab auditori: sed assumere tanquā verū r certum: qđ necessariū est omne contentum sub illo genere: in altero ipsorū mēbrorum esse. i. contineri: siquidē. i. dum modo illius generis differentia sit. i. divisione per differentias primas r immediatas data sit. qđ omnis sufficiens divisionis potest reduci ad mēbra contradictionis: inter qđ non est dare mediū, omnis em̄ substantia est corpore vel incorpore: omne animal est rationale vel irrationalē: omnis numerus est par / vel impar: omnis linea est recta vel curva: r sic d' alijs multis generib⁹ ergo nō opus est petere vel probare huiusmodi divisiones esse sufficiētes. **R**eprobatis igit̄ errorib⁹ et cōvulationib⁹ contra doctrinā predictā de inuentione distinctionū p divisiones generū debito modo facta enīc ad positum rediens Aristoteles ponit regulas sive precepta quibus recte siant generum divisiones ibi.

**A**d probandū autē terium. i. distinctionē per divisiones generū tria precepta oportet conjecturare. i. conside-

## Secundi libri posteriorum.

rare et diligenter obseruare: primus est quod accipiatur genera dividenda quia sunt predicationis de divisione in eo quod quod est. secundum quod membra divisionum que assumuntur ad constitutandam divisionem ponantur ordine debito videlicet quod eorum primum sit: et quod secundum et sic de aliis: si plura occurrerint ponenda in divisione tertium est et quia hec sunt omnia suple que posseda erant in divisione: nec deficit aliquid nec superfluit: sed hec sola sunt omnia necessaria.

**T**ria obseruanda i est autem i. contingens et primus horum cognoscere: per id i. per articulum illud quod possumus sillogizare: sicut ad accidentis probare possumus quoniam inest: ita et ad genus probare possumus idem. sermo brevis et obscurus est. sed communis glossa est hec: quod ex doctrina dialectica in topicis s. in quarto libro (vbi agitur de problematibus generis.) possumus probare quod predicatum insit subiecto in quid et vi genus: sicut ex eadem arte dialectica possumus in secundo et tertio libris topicorum habere considerationes de accidente: et probare quod predicatum insit subiecto ut accidentes et non inquit. **S**ed ergo est. quod ex doctrina dialectica in diversis libris topiciorum: ad quos remittit nos: possumus cognoscere quod sunt predicationis essentia et quod accidentalia respectu aliqui sublecti: et ita per illam methodum invenire poterimus genera divisionib[us] subiecti: et per illorum divisiones facile construire divisionem eius.

**E**ninde poterimus ordinare differentias sub genere ut oportet. si primus i. priusnam carum accepterimus in primo loco. hoc autem i. hec differentia prima cognoscetur. si illa omnibus aliis inerit predicatione essentiali: sed illi differentie non inerunt alia omnia i. nulla aliarum predicatione essentiali directa. quod est dicere. quod inter differentias eiusdem predicationis est coordinatio: in qua a superioribus ad inferiores carum non conuertitur es-

sentialis predicationis/ sicut nec consequentia subsistendi. et subdit: necesse est enim aliquod: scilicet membris divisionis siue differentiarum esse huiusmodi. i. primum aliorum a quo non conuertatur predictio essentialis. accepto autem hoc primo et positio in suo loco. idem modus erit obseruandus in inferioribus omnibus: scilicet quod secundus erit reputandum per primi alterum sequentium: a ideo prius ponendum in divisione. et similiter tertium erit primi habentium se consequenter vel continuo post ipsum. nam remoto i. dimissio primo quod est sursum i. supremus aliorum in coordinatione differentiarum: continuo. i. immediate sequens post ipsum erit aliorum primi. similiter autem res se habet: et in aliis sequentibus descendendo deorum.

**T**ertium vero s. quod predicata omnia ponenda in divisione hec sunt que ex divisionibus collecta sunt: manifestum est ex eo quod recipimus. i. recolligimus ex divisionibus. primi siquidem secundum divisionem i. incipientes primam divisionem supremi generis dicimus quoniam omne contentum sub illo genere est aut hoc membris aut illud: et quod membra sunt immediata. et quia id quod volumen divisione continetur sub illo generi: continetur necessario sub aliquo illorum membris. et negato uno eorum concludimus: est autem hoc i. sub hoc membro. ergo et iterum huius membris totius differentia. i. dimissio per differentias fiat que totum ipsum evacuet: et ex illa secunda divisione accipiat alia differentia. et sic cetero donec venient ad ultimam. extremi autem i. infinitum non amplius est dividendum per differentias: sed statim cum ultima illa differentia hoc aggregatum a toto. i. ab ipso diffinibili nihil differt specie: sed est conuertibile ei. eo.

**C**ludens ergo ait.

**M**anifestum est enim quoniam non plus apponitur in divisione: scilicet post ultimam differentiam acceptam

## Caput decimum de modis inueniendi diffinitiones.

Ex ultima divisione, et ita constat quod omnia predicata in ea posita in eo quod quid est accipiuntur id est sunt essentia lia, et horum que ponenda erant deficit nihil, nam omne ponendū in diffinitione aut genū aut differentia vices erit, et nullū horum deest, genū quidem igitur est primū, i. primo loco positum; cum differentiis ordinate positis acceptum est, differentiae autē omnes habentur in ea, non quidem deficit ultima differentia, non enim amplius est alia differentia posterio, nam si alia ponetur post eam, iam diffinitio differret a suo diffinito: et ultimum id est ultima illa differentia differet a specie, at dictum est illam non differre a diffinito. Per artem ergo supradictam colligendo diffinitionem: scilicet ex divisionibus generum: aggregata crunt omnia que necessaria sunt ad diffinitionem: et omnia crunt predicata essentialia: nihilqz contingit superflū aut diminutum sed erit convertibilis cum diffinito.

## Quarta pars huius cap.

Querere autem oportet &c. Sicut data est methodus investigandi diffinitionem subiecti demonstrationis: ita etiam dari potest ars inueniendi diffinitionem passionis: si prius horum diffinibilium differentes conditiones notaerimus. Subiectum quidem enim precipue si absolutum fuerit per genus et differentias: que de eo essentialiter predicantur: diffiniri haberet nuper dicebamus. Passio vero: cum sit terminus connotans extrinsecus: diffinienda est per extrinseca id est per sūmū subiectum vnius vel plura: que debent ponipro differentiis post genus proprium in diffinitione passionis. foliis  
modis  
modo  
modo Est ergo doctrina hec clara et facilis huiuscmodi: quod ad investigationum subiectum ponendum in diffinitione passionis: faciamus inductionem per plura subiecta particularia in quibus inueniatur illa passio: et videamus

si omnia illa conueniunt in una ratione: tunc erit eis unum genus commune et illud erit subiectum ponendum in diffinitione illius passionis communis, si autem aliqua singularia subiecta conueniant in una ratione: et alia non in illa sed in altera ratione conueniant: tunc illis omnibus non erit commune idem genus: sed erunt duo genera diversa. Quare et non enim illius passionis erit equinocum/ et non unica ratione diffiniendum: sed eius dande sunt plures diffinitiones, scilicet tot quot rationes communes resultauerint ex illa inductione. Hec est in summa tota sententia huius doctrine, quam tradens Aristoteles ait: querere autem alia via oportet diffinitionem: quia passio alio modo est diffinibilis quam subiectum. Oportet enim intendenter esse artificem in similia plura: et pro id est indifferenta specie, i. in plura particularia eiusdem speciei accidentalis, hoc est in quibus inueniatur passio vel dispositio simul, et primū oportet intendere quid omnia illa idem habeant et commune: postea iterum oportet intendere in alteris id est alijs pluribus: que in codem quidem genere accidentaliter sunt cum illis prioribus id est que habeant etiam illam dispositionem sive passionem, sunt autem ipsi secundis inter se etiam idem specie accidentalis: ab illis autem id est a prioribus altera id est diversa specie accidentalis. Sensus est, si plura subiecta secundo accepta habeant inter se dispositiōnem similem: sed ab aliorum dispositiōne dissimilem specie accidentali, cum autem et in his id est in primo acceptis: et in alijs eis similibus accipiatur quid idem id est commune habent omnia: sicut litterae et in acceptis secundo accipiatur id quod habent commune: iterum tertio intendendum est si idem id est commune aliquod sit vnius, ita quod illa duo communia horum et illorum conueniant in aliquo communiore et superiori eis generis: quousque omnia illa vices in una veniant ratione commune vnius superiores gene-

## Secundi libri posteriorum.

ris, hoc enim subiecti commune erit diffini-  
tio, i. ponendum in distinctione illius passio-  
nis loco differente, si vero non vadit reso-  
lutio in unam rationem communem; sed in  
duas aut plures: manifestum est quod non  
est utique unius specie id quod queritur disti-  
nendum: sed plura et diversa specie,  
hoc est nomine illius passionis non erit una  
uocis, sed equiuocis et significatis passio-  
nes diversarum specierum: qua non est unius  
commune genus vel subiectum ponendum in  
illa distinctione: sed plura, ideo plures  
erunt distinctiones et plura distinctionib[us].  
Et autem predica omnia sicut clariora  
veniamus ad exempla.

**C**Ut dico si quid est magnanimitas  
querimur: quod est passio quedam: inten-  
dendi est in quodcumque quos scimus fuisse  
magnanimos: ut ex subiectis passio  
innoscatur, intendamus inquit quid unius  
i. commune omnes illi habent in quantum hu-  
iusmodi sunt, in quantum magnanimi, et  
Alcibiades magnanimus dictus est, aut  
Alcibiades, aut Alcibiades, id unius commune illi  
habent, si non tollerare iniurias vel non  
pati quod sint iniuriati, et huius signum est  
qua hic, primus eorum iniuria affectus di-  
micauit contra Atheniensium iniuriantes  
se, ille vero, i. secundus enim iniuriatus in  
sanuit, i. ira succensus a socijs se separa-  
uit, et iesus defendendis auxilium negauit.  
hic autem tertius iniuria passus interfec-  
tit seipsum. Rursum in aliis qui etiam  
magnanimi fuisse dicti sunt, idem est, i. in  
uenient aliquid idem et commune, ut in Lis-  
andro, et Socrate, et ceteris communis: quod di-  
cebatur esse in differentes, i. eodem modo  
et pari vultu sereno et prospero, i. in prosp-  
era fortuna et in fortunata, i. in aduer-  
sa fortuna. Hec igitur duo communia acci-  
piens, intendat tertio si quod idem, i. commu-  
ne habent, simplicitas seu immuta-  
bilitas vel imperturbatio circa fortunas  
varias, qualis fuit in Lisandro et So-  
crate, et non tollerantia iniuriarum, cum  
iniurias patitur, qualis fuit in Alcibia-

de Achile, et Aliace, nam si idem commune  
posset inueniri utriusque, erit una distinctione  
et una species magnanimitatis, si vero  
nullum sit commune illius duobus generibus:  
duo iesus erunt species magnanimitatis:  
et ita vocabulum magnanimitatis equivo-  
cum erit, nec una habens rationem sed  
duas, semper enim est omnis distinctione uni-  
versalis, ut medicus non distinguit sanitatem  
in quoddam oculo particulari, sed in omni,  
i. in oculo in communem; aut si non potest  
distingue in genere communem determinat  
i. dividit genus oculi in species: et illarum  
specierum dat proprias distinctiones. Eo  
dem modo in magnanimitate, et in aliis  
passionibus: si potest inueniri una commu-  
ne ratio generica: illa est distinctienda, si  
vero illa non potest dari, sunt dandae plu-  
res distinctiones diversarum specierum in  
comunitate tamquam specifica. **H**ec igit[ur]  
est brevis methodus sine ars inuenien-  
ti distinctiones passionis, et etiam modo  
secedendo inuenienti distinctiones subiecto-  
rum supra positio concordat: in hoc quod  
omnis distinctione generis per divisiones  
investiganda est, si ascendendo ab inferio-  
ribus ad superioribus genus, Quare in fine  
huius capitulo, Aristoteles, vult probare quod iste  
modus est utilis et nobis convenientius ibi.

**F**acilius autem est distinguere sim-  
ilarum, i. minima commune quia universaliter  
superius: ex quo est magis determinata  
et magis notum nobis, unde oportet ex  
singularibus, i. inferioribus in universalia  
genera ascendere distinctionem, nam equo-  
cationes latent magis in universalibus  
quia in singularibus, i. in singulis species-  
bus, et est similis texus in, 7 libro phi-  
losophi, et debet intelligi de equocatione  
physica aut potius metaphysica qualiter  
gencia. **E**st autem equivocatione logica ex duplex  
principio predicandi etandi, quando nom[en] est equoca  
significat diversa significata sua diverso logi-  
co rationibus metilibus, quare et nomen ea et  
illud diversas habet distinctiones, ut ea physica,  
et ecetera universalis logica est quia  
do nomen habet unam solam rationem me-

## Caput decimum de modis inueniendi diffinitiones.

talem qua significat omnia sua significa-  
ta, et quod omne universale est uniuersus:  
ideo hac uniuocatione logica tam uniu-  
ersus est gen⁹ ad oēs suas species; quā  
uniuoca est species ad omnia sua indi-  
uidua: quod virtus eius de omnib⁹ suis in-  
serioribus unica ratione métali pariter  
in unica diffinitione predicable est. Et quod  
uniuocatio vero phisica et realis est diuersas  
nature specificas, et opposita uniuoca-  
tio phisica est unitas specifica in natu-  
ra rerū. unde quod genus significat res di-  
uersari species in natura sua. i.e. res in  
equali perfectioni essentiali: species  
autem solum significat res unius similitudinis  
nature. i.e. equali perfectioni essentiali:  
ideo genus phisica et realiter equo-  
cūm. variis et diuersum est: species uni-  
uoca et immutabilis: quod et atomia grecce di-  
cuntur. i.e. in diuisa. quod ergo genus predica-  
bile est uniuocatione logica includit eam  
iuocationem phisicam: ideo Aristoteles recte di-  
xit quod latent equocations. scilicet phisica in  
generi subuniuocatione logica. propter  
hanc itaque equocationem phisicā generis:  
ipsa sum magis cōfusa et non ita clara  
sicut species: ideo diffinitiones generis  
per viā resolutiā ab inferioribus indi-  
viduis et speciebus nobis notioribus ascen-  
dendo conuenientissime investigantur.  
Huius etiā rationem assignans ait.

**C** Sicut in demonstrationibus  
oporet siliogizari. i.e. fieri sillogismi: in  
esse certi. i.e. per hoc quod predicti inesse  
subjecto conclusionis sit certi. et tunc  
per demonstrationē in terminis. id est  
diffinitionibus oporet quod dicatur esse cla-  
rum. da diffinitione fit declarationis gra-  
tia. hoc autem erit clarum: si per ea quod secun-  
dum uniusquodque diffinibile dicuntur: sit  
et contingat diffinire separatum species  
singulas in unoquoque genere. i.e. sub ge-  
nere cōtentas. quod illo modo erit diffini-  
tiones clariores. ut verbi causa. hoc ge-  
nus simile. non omne. i.e. totū simul diffinia-  
tur in cōmuni: sed descendat ad species  
similes in coloribus/ simile in figuris/ et

sic de alijs. et acutum etiam non diffinias-  
tur in tota sui cōmunitate: sed per suas  
species quod sunt acuti in voce/acutum in  
sapore/acutum in tactu tē, et sic diffini-  
tis speciebus erit possibile ire in cēmu-  
uentem ne equiuocatio incidat in termi-  
no diffiniendo. **E**t sicut equocatio dif-  
finibilis assert confusionē et tollit clarita-  
tia locutio. quod illa est quedā equocatio  
orōnis: quod et amphibologia dicitur. quia ait.

**C** Si autem non disputare oportet  
in methaphoris: quia est obscura di-  
sputatio: manifestum est quod neque est con-  
ueniens diffinire aliquid in methapho-  
ris. nam si diffinitiones darētur per me-  
thaphoras: disputare necesse esset per  
methaphoras. quod supponitur esse fal-  
sum. Sed de alijs multis cōditionibus  
ad bonā diffinitionem req̄uisitum longum  
esset dicere: ideo nūc supersedemus: et  
visq; ad sextū libri topicōs eas differra-  
mus. et ad p̄positi nostri reuertamur.

## Questiones idonee.

**C** Circa hoc cap. occuererent iste que-  
stiones. Prima. virū modi inueniendi  
diffinitiones subiecti et passionis ab Ari-  
sto. traditi sint veri et sufficiētes. Secunda.  
virū ad diffinendi aliquid: opus sit  
scire omnes eius differētias ad alias res  
omnes. Tertia. virū regule et precepta  
que Aristoteles ponit obseruanda in diuina-  
tionibus generum ad inueniendas diffi-  
nitiones sint vere et sufficiētes.

## Caput vndeclīmū & breuissi- mum docet inuenire medium in demō- stratione particulari.



T autem habeamus  
p̄posita. Erat p̄ncipis  
le p̄positi huius se-  
cundi libri posteriōrum inquirere medii  
demonstratiōis: quod est  
diffinitione subiecti vel

## Secundi libri posteriorum:

passionis, et quia dedimus artem inueniende virtutis distinctionis: opus est ita ut ipsam distinctionem demonstrationi adaptemus, i. medii demonstrationis ostendamus. At qd minus communia magis nota et familiaria nobis esse diximus: incipiamus a demonstratione particula- ri: dcinde veniemus ad demonstrationem vniuersalem: quas duas species demon- strationis in primo libro huius cap. 20. cōparauim⁹. Habet autē hoc cap. de medio demonstrationis particularis par- tes duas, prima erit de medio vniuoco: secunda ibi: ampli⁹ ali⁹ mod⁹ aget de me- dio analogo, ordiens ergo hanc doctrinam ait, ut autem habeamus proposita nobis problemata per demonstratio- nem determinare: medii cōueniens de- monstrationi adaptem⁹, ad hoc autē eli- gere oportet in primis decisiones: et pro- l. distinctiones, i. species in quas dividitur: et ab eis ut notiozibus incipere, sic autem eligere oportet in speciebus: ut de eis demonstremus passionē secun- dum subiectum genus cōmune omnissi- specierū, i. propriam passionem generis cōmuni. huiusmodi enim dicta est demo- stratio particularis: quādo passio gene- ris demonstratur de specie eius: ut habe- re tres angulos equales duobus rectis de isoscelē specie trianguli, et in hac de- monstratione medius erit ipsum genus (cui primo cōuenit illa passio) vel distin- tio generis, declarat hoc Arist. exēplis.

**V**t si animalia. i. species animalia sint que cōsiderantur, i. accipituntur ad con- siderandas corū passiones: accipiantur in primis qualia sunt, i. ea qd insunt omni animali, i. passiones proprie illigen- ri animal. acceptis autē his passionib⁹ cōmuni⁹ animalia: ut puta cibis / som- nus / vigilia / rē reliquorū, i. alias si passio- num propriarū oportet cōsiderare qua- lia sequantur vel cōmittentur primo, i. adequate omni speciei, nam per passio- nes cōmunes generis cōueniri potest ad passiones proprias singulari⁹ specie-

rum, vi si hoc, i. hec species animalis sit aūis: cōsideranda sunt qualia, i. quales passiones inheritance vel sequuntur cōmī aūi, et sic semper illi proxima, i. alias pas- siones proprias specierū aūis qd proxime sunt huic generi aūis: et sic cōsequē ter vñq; ad species specialissimas, per hunc enim medii procedentes manife- stum est: quoniam habebimus iam dicere, i. poterim⁹ respondere ad problema ta nobis proposita: quib⁹ queritur, propter quid, i. qd medium insunt sequētia i. proprie passiones his specieb⁹ qd sunt sub genere cōmuni, verbi gratia, vi pro- pter quid homini aut equo insunt, quia medius erit genus animal vel distinctione eius. Et ad formandam demonstrationē.

**S**it autē animal in quic. A. id est medius sit, A. B. alit, i. maior extremitas sit sequentia omni animali, i. passiones cōmunes generis, in quibus autē sunt ille passiones cōmunes, i. subiecta spe- cialia earum: sicut, C. D. E. minor extre- mitas sicut quedā animalia, i. species de- terminata animalia, manifestum igitur est per tale medius cōmune propter qd est, B. maior extremitas, ut cib⁹ / omnis vigilia / rē / in. D. specie animalis ut in equo, manifestū est quoniam propter, A. genus animal cui primo inest illa passio, simili- ter est dicendū / et in alijs speciebus ani- malis, nam scir per, i. in cibis qd ea- dem ratio id est medius est accipiendo, si fieri ergo demonstratio huiusmodi, cōmune animal est vtens cibo / potu / rē, sed cib⁹ omnis equ⁹ est animal: ergo omnis coni⁹ est vtens cibo / potu / rē. Verum quia se- prius genus cōmune cui passio illa pri- mo inest, non nominat⁹ ē: vi supra in cap. c. primi libri dictum est de subiecto illius passionis: proportionabiliter cōmutari: addit Aristoteles: os idem est indicium de genere innominato: sicut de illo cui est nomen inditum, ideo ait.

**N**ūc quidē secundū ea, s. gene- ra qd assignantur cōmuni nomina digni-

## Caput undecimū de medio demonstrationis particularis.

mus: oportet autē considerare qd̄ diximus non solum in his generibus nominatis: sed et si aliquid aliud gen⁹: cui tamen non est nomen in dictis: videatur esse cōmune: accipientes, nā postea. i. sub eo species quib⁹ hoc. t. passio illius generis inhereat. et qualia propria species si sequuntur per divisiones generis. nam eodem modo sicut demonstrationes particulares accipiendō diffinitionē generis innominati pro medio. ut animalib⁹ habitibus cornua est cōmuni passio ventres plures habere: et nō habere dentes virobiq; i. in vtrraq; mādibula. item cornua habere. i. sub hoc genere animal habēs cornua quedā species sequitur: vt bos/bufalus/cervus etc. nam his concident passiones ille cōmunes. et manifestum est propter qd. i. qd̄ medius in illis specieb⁹ est qd̄ dicitur. i. passio dicta q̄ est plures ventres habere/ et nō virobiq; dentes. propter id enim cōuenit eis qd̄ cornua habent. i. propter gen⁹ cōmune innominati: sicut etiā genus nominatis erat medius vniuocū ad demonstrandā passionem eius de suis specieb⁹. ¶ De hoc exēplo Aristoteles dicit in tertio libro de partibus animaliū: qd̄ animalia cornigerā cōmuniter nō habent dentes in superiori mādibula: qd̄ materia dentis cedit in cornua. et ideo propter dentis in opiam minus possunt facere pīmā cibī digestionē in ore: indigent ergo post cibum acceptū iterum ruminare remasti careq; eidem cibum vt fiat eius perfecta digestio. ad reducendā vero cibum iterum ad os indigent quoddā superiori ventrici in quo reseruerūt cib⁹ pīmo acceptus et nō plene digestus: facta autem ruminatione cibus mittitur ad stomachum et inferiorem ventrē: quem aliqui latīnorū om̄asum vocant/ alij crītū. et hoc solū in animalib⁹ ruminatib⁹.

### ¶ Secūda pars huius cap.

¶ Ampli⁹ altius modus est. s. demonstrationis particularis eligere me-

dī demonstrationis secundū aliquā cōmune analogū. i. quod nō est vniuersale genus aut species: neq; pure equiuoco cum: sed equiuocū a consilio. Aristoteles dat exemplū. nō enim est possibile accipere vnu cōmunc vniuocū: quod idem et eadem penitus ratione oporteat vocari. predicare sepión / spinam / et os in diuersis animaliū generibus. ita quod vniuoce predicitur de illis tribus tanq; speciebus cīus. et tamē quedā sunt passiones cōmunes que sequuntur hec tria subiecta: et demonstrari possunt de eis per aliquā medium cōmune: tanquā natura vna i. ratione vna eridente huīusmodi cōmuniū mediū. Sensus est. quā vis illud mediū cōmune non vna ratio ne et vniuoce dicatur de illis trib⁹: quia ramen rationes ille plures ad vna primam referuntur: reputatur illud cōmune tanquā natura vna. i. ac si esset cōmune vniuocum. vt in quarto libro methaphysice amplius declarat ipse Aristoteles: qd̄ vna scientia non solū est vnius generis vniuocis: sed etiam analogi: propterea qd̄ oēs eius rationes ad vna reducuntur. ¶ Circa predictū exemplū ad Declauerte: qd̄ illa tria nomina sepión/spina/ ratio et os significant pītes duriores ac solidiores in corporib⁹ animaliū: sicut se habet os in animalib⁹ terrestrib⁹: et spina in piscibus aquaticis: ita se habet sepión in vermbus. i. neruus quidā durus per longitudinē corporis extensus. et dictus est sepión a sepiá quoddā pisces: qd̄ nullā alia habet spinā / sed tantū neruū illis lidoīz ceteris pīb⁹ sui corporis. et idē videmus fere in omnib⁹ vermbus: quibus ille neruus est eis pro offe. Cōmune vero his tribus quāuis Aristoteles non explicet: potest dici hoc nomen dum aut densum. et hoc non vna ratio ne dicitur de sepión/spina/ et osse: sed diuersis: carum tamen vna est prima/ et magis propria: scilicet duriores ossis. et ad eam habent attributionem duriores spine / et sepiónis. quare durū aut densum est illis tribus cōmune analo-

## Secundi libri posteriorum.

gum: eius propria passio est: sustentare carniū molliciem: sic qd partes alie cor poris molles illi innituntur. ergo per il lud cōmune analogi potest illa passio demōstrari de quolibet illorū trium: vt ex dictis potest euadere manifestum.

**C**hius dicti occasione. s. qd plura sub lecta quib⁹ vna cōmuni passio conuenit: possunt demonstrari uno medio nō tantū vniuoco sed etiam analogo: subdit Aristoteles.

**E**adem autē proposita. s. probleumata sunt dicenda illa qd quidē ha bent idem et cōmune mediū per qd demonstātur: sive illud sit vnuocum sive analogū. omnes ergo questiones qd sunt de speciebus alicuius generis respectu passionis cōmuni: possunt dici eadem probleumata. i. codē medio demōstrati uo termināda: vt propter qd homo vitetur cibo et potu: propter quid equ⁹: propter qd bos t̄c. veritatem horū quedā sunt eadem genere: alia eadē specie. Declarat primo qd sunt eadem specie. s. que habent idem specie mediū. vt quoniā omnia illa sunt contrarij status. i. positio et circūstantia contrary: quā greci vocant antiparistastim. vt hec. quare in estate aque fontū et putoeis sunt gelide: et in hyeme calide: quare aqua frigida calcē accedit: quare in estate et nō in hyeme fiunt grādīces t̄c. ad omnia hec probleumata eadem specie est ratio. s. propter antiparistastim. Secundo declarat eadē genere probleumata. scz ea qd licet habeant idem cōmune mediū: habent tamē differētias specificas sub illo medio: et quo aliorū problematum alia media aut aliter sunt. vt hec. propter quid fit echo. i. resonis/ aut propter qd apparet suple imago in speculo/ aut propter qd si iris. i. arcus in nubib⁹. omnia cūn̄i hec probleumata vnum propositū sunt gene re: qd omnia sunt repercussio. i. reflexio alicuius versus eum locis aquo exiuit: sub hac tamēn̄itate sunt altera. i. dīver sa media specie. nam echo est repercussio

aeris et soni/ imago est repercussio speciei coloris/iris est repercussio lucis t̄c. Alia adhuc propositorū. i. problematum cuiusdem generis differunt specie: ex eo qd mediū vnius eoz est subalterū. i. cotinetur sub medio alterius. vt hec duo. propter qd Nilus fluit⁹ Egypti magis fluit. i. influit et habundat aquis finiente mensi. i. in fine mēnsis lunaris: ad hoc responsio est. ppter id qd finiens mensis est hibernio. i. hiemātor et frigidior. et si secundo queratur. propter qd est hibernio finiens mēsis: respōsio est. propter id qd tunc luna deficit lumine. i. est diminuta lumine: lumen enim est causa caloris quo deficiente deficit calor: et habundat frigus quo humida augentur. hec itaqz probleumata proposita sic se habent adiunictem: qd mediū secūdi sumitur sub medio primi: et propterea quā vis sunt eiūdem generis: tamē differit specie. **D**e cōmemo hīc de exemplo Nilii fluij qd eius duplex narratur cōrētū sive excessus. alterū est mēsurnū. i. semel in quolibet mēse. de quo hic Aristotle. loquitur: alterū est cōrētū annū. i. semel in quolibet anno. s. in solsticio esti uo hoc est in iunio. tūc enim adeo crescit Nilus ut totā influat Egyptū ad modum maris in vndantib⁹. et stud cōrētū est multo maius quā mensurnū. differunt etiā in causa: qd mensurnū fit ex defectu caloris: propter diminutionē luminis in luna. s. in ultima septimana mēnsis lunaris. tunc enim frequētius fit pluvia quā in augmentatione lunae in pleūni lūnio calidiores sunt noctes quā in decremento lune: quo humiditates habundant. sed augmentū Nilii annū fit in principio estatis et in tēpore calidissimo: ideo videtur fieri p antiparistastim: ut tunc magis crescent fontes in Aphrica. vel forte hoc ideo est: quia tēpus no stre estatis est hyems illis qui habitant in Aphrica ultra equinoctiale et proptere tropicū capi: coniū: ubi sunt fontes Nilii: et ita propter excessum frigoris in re gione illa habundant aquae fontales/

## Caput duodecimū de medio demonstrationis vniuersalis.

**Q**uo modo augent demon strationes, et pluviales in ea: et inde crescit illus in mense illo. **C**oniqz ex hoc cap, et regulis et exemplis clarissimi euadit id quod in cap. 13. primi libri huius dicebatur: quod augentur demonstrationes, s. particulares: non per media plura: sed in post assumendo aut ad latus dilatando sub codē medio, prime enim partis huius cap. precepta et exempla declarant quomodo augentur, i. multiplicantur demonstrationes ad latus, i. per species sub eodem genere accepto pro medio. In fine vero cap, et in ultimo expte de eremento illi declaratur modus quo demonstrationes crescit in post assumē dos, vnum medium sub alio medio, ita ceteris de particulari demonstratione.

### Questiones idoneae.

**C**irca hoc cap, due tantum questiones videntur requirende. Prima est, vtrum passio generis possit demonstrari de suis speciebus: quia hoc videtur negari in cap. 5. primi libri huius. Secunda questione, vtrum per medium analogum demonstratio fiat scientifica.

## Caput duodecimū disputat de medio demonstrationis vniuersalis: et procedit p questiones.



**E** causa autem & cuius causa est tc. Quia vero demonstratio particularis non facit scire simpliciter: quia non demonstrat passionē de suo proprio subiecto/ neque secundū quod ipsum: vt in primo libro huius dictum est cap. 5. et 20. ideo ea dimissa intendamus circa demonstrationem vniuersalē: querendo medīs eius curiosus quā in demonstratione particulari habebit autem hoc capitulū tres partes principales. Prima inquirit an effectus demonstratur per causam:

ita econtra possit demonstrari causa per effectū. Secunda ibi: vtrum autem contingat: disputat de pluralitate causarū sive mediorū ad eandem passionē. Tertia ibi: habet autem sic: comparat medium demonstrationis ad duas extremitates. Ad intelligentiā huius littere est supponendū: quod cum demonstratio vniuersalis propter qd/ et potissima fiat per causam: ex definitionib⁹ scire et demonstrationis supra in cap. secundo primi libri huius: causa autem in illis definitionibus confusa accipiebatur ad primam et secundā intentionē: ideo hic Aristoteles agens de medio demonstrationis vniuersalis: quod est causa: etiam indifferenter se habet/ et confusa in acceptance huius vocabuli causa, nimirū ergo si questiones moueat de causa et de causato: et in eis pertractādis/nūc de rebus/nunc et de sermonib⁹ loq̄tur permixte. s. ex rebus analogizans ad sermones. Mōuet ergo in prīmis hanc questionem. de causa autem et de eo cuius est illa causa: dubitabit. i. dubitare poterit aliquis: nō siquid cl̄ est causatum: tunc et causa eius existit. vt cum folia fluunt ab arboribus: aut cl̄ deficit. i. ecclipsatur luna: et sic de alijs multis causatis: tunc etiam sit causa deficiēdi. i. ips⁹ ecclipsis/ et causa cadendi folia tc. Sēsus hui⁹ questionis est de cōcēptione cause et causati. s. an mutuo sese cōsequātur in demonstratione propter qd. Ut si huius. i. primi effectus causa sit lata habere folia arbores: et deficiēdi. i. ecclipsis lune causa sit terram esse in medio positam. s. inter solē et lunam: nunquid iste cause simul erunt cl̄ suis effectib⁹ predictis: ita qd positis effectibus necessario ponātur et iste cause. has causas ponimus gratia exempli. s. enim nō fuerit ista causa: aliqua alia erit danda ipsorum effectū. et de illa erit idem iudicium. s. vero causa sit. i. ponatur est: queclib⁹ assignetur: simul et causati erit: et ita causa et effect⁹ simul erunt. vt si in medio duorum lūmarium est posita terra: tunc simul des-

## Secundi libri posteriorum.

et luna. et si ponas arborem latum habere folium: tunc et folia fluunt. id cadunt ab arboribus. loquitur in apertitudine non in actu. Si vero ponatur inter causam et causatum mutua consequentia: vide tur quod sit circulatio in demonstracionibus. Hoc declarans ait.

**C**Si autem sic est. s. quod ad causam sequitur effectus) et econtra: simul utique erunt causa et causatum: quare et demonstrabitur per altera. i. alterum per alterum adiuvicem in circulo. si enim ponatur demonstratio in terminis. folio fluere sit in quo. A. maior extremitas seu passio. latum autem folii habere sit in quo. B. medius causam significans. vitis autem sit in quo. C. minor extremitas vel subiectum. tunc formetur ratio. si igitur in. B. est. A. maior propositio vera: scilicet omne latum folii habens citius defluit folio. in. C. autem. B. minor propositio: scilicet omnis vitis habet latum folium. scilicet igitur in. C. est. B. conclusio scilicet omnis vitis folio fluit. causa autem est. B. medius. iste est priimus sillogismus a causa ad effectum. Sequitur ab effectu ad causam. sed quoniam vitis. i. quod vitis sit latum foliis; est. i. contingit demonstrare propter id quod folio fluit. sit enim B. maior extremitas latum folium habens. E. autem medius sit folio fluere. vitis vero sit. F. minor extremitas. in. F. igitur est. E. minor propositio vera. et enim folio fluit omnis vitis. in. E. autem est. D. maior propositio vera. omne enim folio fluens habet latum foliis. et igitur. D. in. F. conclusio. omnis itaque vitis est latum habens folium. causa autem id est medium est folio fluere: quod erat effectus lati folij. et sic patet circulus in demonstratione potissimum. quod tam in tertio capitulo huius libri reputatur est impossibile. Respondere itaque volunt ad questionem motum in principio capituli: subdit Aristoteles.

**C**Si autem non contingit. id est non est possibilis circulatio; neque. B. et

E. esse causas adiuvicem. i. media propter quid. causa enim prior est natura eo cuius est causa: et impossibile est id respectu eiusdem esse simul prius et posterius natura. ut deficiendi quidem id est ecclipsis lune causa natura prior est terra in medio luminarium esse: eius autem scilicet positionis terre in medio non est causa ipsum deficeret. i. ecclipsis luna ergo demonstratio propter quid: que est per causam non potest circulo converti. quare ad questionem in principio capituli motam respondendum est negatione: scilicet quod ad causatum esse non sequitur propter quod causam esse. quia in demonstratione propter quid medium debet dicere causam: et non effectu eius quod demonstrandus est. sicut fuit demonstratio per causam: est demonstratio propter quid. si vero non per causam: est demonstratio ipsius quia. ut si per ecclipsim lune cognovit aliquis: quoniam in medio est terra: ille inquam cognovit quia ita est: propter quid autem sit: non cognovit. quod autem deficeret id est defectus sive ecclipsis lune non sit causa eius quod est in medio esse terram: sed potius hoc est causa deficiendi lunam: manifestum est ex eo quod in ratione deficiendi id est in diffinitione ecclipsis lune: inest id est ponitur hoc quod terra est in medio. est namque ecclipsis lune: priuatio luminis solaris a luna propter terre interpositionem inter solem et lunam. quare manifestum est ex predictis quod propter hoc id est propter interpositionem terre illud id est ecclipsis cognoscitur scientia propter quod: quod est simpliciter sciare: et non econtra hoc propter illud. quia re vera ita est: quod interpositio terre non est propter ecclipsim lune: sed econtra ecclipsis lune propter interpositionem terre. Additum Aristoteles aliam questionem ad idem propositum ibi.

**C**An contingit. i. sit possibile unius effectus plures esse causas? Ita

## Caput duo de cœtu de medio demonstratis vniuersalis.

quod eiusdem sint plures demonstrations propter quid. Ad hoc responderet sub conditione. et namque id est hoc verum est: si est id est contingit idem predictatum de pluribus subiectis predicari primo id est adequate et conuertibiliter. ut sit. A. predicatus in. B. subiecto primo. et in. C. alio subiecto primo. et hoc subiectum. B. sit in. D. illud vero. C. sit in. E. his ita positis sequitur quod. A. erit in. D. et in. E. causa autem quod. A. sit in. D. est. B. et causa quod. A. sit in. E. est. C. ergo vniuersitas puta. A. due erunt cause. B. et. C. et tunc a causa ad effectum licebit arguere. quare cum causa sit; necessariū est rem id est effectum esse. ex quacumque illarum causarum arguatur; sed ab effectu ad causam non ita valet consequentia. sed res id est effectus cum sit; non necesse est esse omne quod est causa. bene tamen causam quidem necesse est esse: non tamen omnē causam: id est non hanc vel illam determinate: quia preter illam posset dari altera causa. Exemplum huius rationis non ponit hic Bristeroles sed inferius. sit. A. passio demonstranda longeū esse id est animal longe vite. huius rei duplex potest esse causa ut. B. carere colera. et. C. complexio siccata. prima causa reperiatur in. D. ceruo / et in alijs quadrupedibus. secunda in. E. cornice / et alijs animalibus. sic bene sequitur. B. est in. D. ergo et. A. item. C. est in. E. ergo et. A. quāvis non sequatur econtra. A. est in hoc subiecto ergo et. B. neq; ergo. C. nisi. B. et. C. aciperentur disjunctive sic. A. est in hoc subiecto: ergo in eo est. B. vel. C. supposito quod nulla alia sit huius rei causa. exempla enim hec ponuntur declarationis gratia et non assueranter. nam hoc exemplum magis est demonstratio particularis quam vniuersalis. Alia sequitur adhuc questiuncula ibi.

**C**an si semper vniuersale &c. si semper cum propositioni subiectis aliquius passionis vniuersale sit; et causa qua possit

sio est demonstranda sit totū quoddā. I. genus vniuersale viriū etiā id cuius est causa. i. passio ipsa sit vniuersale. Sūs est. an subiecto et medio demonstrationis suppositis vniuersalib; genericis; etiā oporteat passionem demonstrandā esse vniuersalem et genericā. Ad hoc dubius videtur Bristeroles respondere affirmatiue. vi patet exēplo suo de hac passione folio fluere. q; est in toto quoddā genere determinato. et si illi generis sint aliquæ species. etiā illis inest passio vniuersaliter. puta plātis omnib; aut saltē plantis huiusmodi. i. certi generis. quare et mediuū. causa et id cuius est causa. i. passio: equalia oportet esse: i. pro. i. cōuenit adiunctū: in his specieb; de quib; formātur problemata. ut cū queritur. vt si vītis folijs defluat similiter. et d. sicut / d. alijs huiusmodi arborib;. q; a sicut passio est vniuersalis eis: ita et causa sive mediū erit vniuersale. vi si queratur. propter qd arbores talis generis folijs defluunt. si causa ponatur hec. s. propter densitatē tem. i. exsiccationem humidi carpi: tunc sive in antecedēte rationis ponatur qd folio fluit arbos: oportet sequi densitatē tem humidi esse: sive assumatur qd densitas est: (non quidē in qualibet re in suis: sed soli in arbore) oportet sequi qd arbor folio defluat. q; a ex quo causa et passio equalia sunt adiuncta: et mutuo se se cōequitur circulariter. nec tamē vītis est demonstratio. ppter qd / sed altera rātis: vt supra dicebatur de ecclipsi lune et de interpolatione terre. differt tamē hec qstio ab illa. q; a illa erat d. subiecto et passionis specificis: hec autem de genericis.

## Secunda pars huius cap.

**C**Vtrum autem contingat &c. Sed vi magis hāc materialē dilatēmus/ atq; apperiam: qram: adhuc. viriū contingat. i. sit possibile in omnib; ciusdē efficiens vel passionis non candē. i. vīna esse causam vel medium: sed alteram. i. variam et diuersem: aut non est hoc possibile in omnib; ? Ad hoc respondet nega-

## Secundi libri posteriorum.

siue dicens, siquidem perse demonstretur, i. siat demonstratio per causam perse; et non per signum aut aliud medium per accidens; non potest esse quod eiusdem sint plures et diuersae cause, et probatio est clara, quia ratio, i. diffinitio extremi termini, i. maioris extremitatis est mediis perse in demonstratione, et illa non est nisi una unius passionis, ergo unius passionis demonstrande non possunt esse plures cause perse, si vero non fiat demonstratio per causam pse sed per accidentem: contingit, i. possibile est eiusdem plures esse causas, quod enim hoc aliquando contingit, est autem, i. contingit aliquando id cuius est causa, i. effectum: et id cui accedit vel in quo est effectus vel passio, i. subiectum considerare secundum accidentem id est causam accidentalē: non tamē videntur esse proposita, i. problemata sciētifica esse secundū causas per accidens, puta ea q̄ equiuoca sunt et non simplicia, si autem non sunt equiuoca, sed simplicia extrema conclusionis demonstrande: et medium perse similiter se habebit, si quod erit unicum et simplex: siquidem, i. si vero equiuoca sunt extrema: equiuocum et multiplex erit mediis, et si in genere, i. generalia sunt extrema vniuoca: et medium similiter se habebit, et si specialia: erit quoq; medium speciale. Et ergo solutio Aristotelis, qd si proponatur problema scientificum de passione alicuius subiecti: qualia fuerint extrema problematis: tale erit et medium perse, nam si extrema sunt vniuoca: et medium perse erit equiuocum sive fuerit genē sive species, et tunc unius passionibus non erit nisi una causa, que est diffinitio una extensum medium demonstrationis, sive vero extrema sunt equiuoca vel alterum concursum: et medium similiter erit equiuocum sive multiplex, et tunc illius passionis plures erunt cause: nam sicut plures demonstrationes ad demonstrandū illā passionem equiuocam pluribus modis vel de pluribus subiectis, quando vero mediis est per accidens; non inconuenit

eiusdem passionis plura esse media: sed illa non erunt demonstrativa. Declarat exēplis que dixerat: et primo de subiecto multiplici et passionē vniuoca ibi.

**C** Ut propter quid est aliquid proportionaliter commutabile (de hoc exemplo supra vide in cap. quanto primi libri huius;) quia ergo hoc problema est equiuocum ac multiplex: id circa et causa vel mediis erit equiuocum ac multiplex, alia est causa, i. numeris, et alia in lineis, et alia in alijs, eadē quidē causa in quanti applicatur lineis, alia est ab ea in quantum applicatur numeris, quantum in quantum habens augmentum huiusmodi, i. talem proportionē sive proportionis in crementū (scilicet quo permutatim arguendo ex una proportione infertur altera) eadem videatur esse. Se sus est: quod ex parte subiectori quib; applicatur illa passio non est eadem causa sed varia, quantum ipsa passio in communī considerata videatur esse eadem in omnibus illis. Sic est dicendum in omnibus alijs exemplis.

**C** Ut similem esse colorem colori, et similem esse figuram figure: alia et diuersa est causa, equiuocum enim est hoc nomen simile in his: quod ponitur esse passio, hic quidem, i. in figuris similitudo est fortassis: habere latera secundum analogiam, i. proportionē, hoc est: quod latera unius figure ad latera alterius similem habent proportionem, aut forte quia ille due figure angulos habent eualescentes, in coloribus autem similitudo est eidem esse sensum precipitissimius coloris: vel aliquid huiusmodi aliud, similitudo enim colorum ex parte sensus est generica: sed similitudo specifica eorum aliiside sumitur: scilicet ex equali gradu perfectionis essentialis. Et vero que secundum analogiam, i. similem proportionem / et non secundū similem naturam sunt eadem (vi supra dicebatur de osse, spina, et sepio) illa et mediis habent idem secundum analogiam, et

## Caput duodecimū de medio dēmōstrationis vniuersalē.

non secundiā candē rem ad probādām  
passiōnē analogā de diuersis subiectis.

### Tertia pars huius cap.

Habet autē sic cōsequitur &c.  
Tota fere disputatio precedens mediū  
demonstratiō comparauit ad passio  
nem demonstrandā sub nomine cause  
et causati. nīc pro cōcluſione huius cap.  
idem mediū ad virām simul extremi  
tatem cōparabimus. i. ad subiectum / et  
passionem. ex discretionis gratia mediū  
vocabimus causam vt prius. maiorem  
extremitatē seu passionem dicemus: cu  
ius est causa. minorē extremitatē sive  
subiectum: cui est causa vel in quo est  
causa. estenim medium subiecto causa  
aliquius. i. quod aliq̄ predicatum in sit  
et. Hoc premisso tacite mouet Aristotel.  
questiōnem circa predictā comparatio  
nem. vtr si causa et id cuius est causa / et  
in quo vel cui est causa sese adiunīcē  
consequātur in demonstratione certissi  
ma et propter quid. ita qđ mediū sit con  
uertibile cum vtrq̄ extremitōrum. Ad  
hanc questiōnē respōdens affirmatiue  
ait. haber autē sic consequi causa. i. me  
diū / et cuius est causa. i. passio / et cui est  
causa. i. subiectis adiunīcē. i. mutuo ita  
quod ista tria / ita sese habent ut mutuo  
sele cōsequātur. verū tamē vnliquodz  
subiectorum seorsum accipienti appare  
bit qđ id cui⁹ est causa. i. passio in plus  
est quā ipsum. Ut hec passio geometri  
ca habere omnes angulos extrinsecos  
equales quatuor rectis angulis: conie  
nit figure plane rectilīnei simplici con  
uertibiliter: sed in plus est quā vnaq̄  
suarū specierū seorsum accepta. ideo ait.  
vt quatuor rectis equales esse angulos  
qui sunt extra figuram: hec inquā pas  
sio: in plus est quam triangulus / aut  
quadrangulus / et quā alia quelibet seor  
sum figura. in omnibus autem simul fi  
guris est ut in equalibus: id est conuer  
tibiliter et equaliter se habet hec passio  
cum copulato ex omnibus speciebus il  
lis. nam omnia sunt quecunq̄ quatuor

rectis equales externes angulos ha  
bent. et mediū dēmōstrationis similiter  
se habet ad illa plura subiecta sicut pas  
sio. s. quod vnicuiq̄ eorum est in plus / et  
omnibus simul equaliter. Est autē me  
diū ratio. i. diffinitio primi termini. i. ma  
ioris extremitatis. vel vt ali⁹ exponunt:  
primi termini. i. primi subiecti illius pas  
sionis: quod est genus ad omnes illas  
species de quibus demonstratur passio  
illa per diffinitionē generis superioris:  
vt in cap. precedenti dicebatur. ex quo. i.  
quia omnes scientie. i. dēmōstrationes  
scientifice per diffinitiones ut media et  
causalē sunt. Sensus ergo huius respō  
sionis Aristotelis paucis verbis sic ex  
plicatur. qđ in dēmōstratione vniuersa  
li mediū qđ est diffinitio primi termini  
est conuertibile et adequatū vtrq̄ extre  
mitati. sed in demonstratione particula  
ri que eadem passio demonstratur de  
inferioribus illius primi subiecti: sicut  
passio excedit vnliquodz illorum sub  
iectorum seorsum: ita et mediū excedit  
eadem: quāvis omnibus simul adeque  
tur sicut et passio. Addit et vnum aliud  
exemplum naturale.

Vt folio fluere. i. hec passio se  
quitur vitem et excedit eam: similiter se  
quitur et excellit sicut et sic de ali⁹ hu  
iustissimi arboribus. sed non excedit om  
nia subiecta simul / sed equalia sunt illi  
passioni: eadem ratio est de medio ade  
quato illi passioni. si vero accipiat quis  
medium primum. i. ad equalatum: erit ratio  
id est causa vel diffinitio fluendi folia:  
erit enim illud mediū primum. i. prima  
causa in altera. i. ad alia inferioria ut om  
nia illa huiusmodi sint. id est ut denomi  
nentur ab illa passione: scilicet ut sint  
folijs decidua. sit ergo illud mediū: quo  
niam succus arboris condensatur et are  
scit / aut aliiquid huiusmodi. et est diffini  
tio passionis. nam si queratur quid est  
folia fluere ab arboře responderi de  
bet: est densari succum arboris in ten  
tacu seminis id est in ea parte qua fol  
ij

## Secundi libri posteriorum.

Ita iunguntur arbori; ut recipiant ab ea succum seminalem id est substantificum a radicibus procedentem. Probat hoc idem alio modo ibi.

**C**onfiguratis autem id est disponendo rationem in modo et figura sillogistica; sic assignabit quis id est respondit querentibus consecutionem cause et illius cuius est causa: id est querentibus medium demonstrationis: qua ex causa adequata et prima sequatur esse etus. Intendit enim Aristoteles hic ordinare rationem ex quadam regula posita in secundo libro Priorum in capite de conversionibus terminozim: quod incipitur: quando autem conuertuntur extremitates et. vbi inter alias hec ponitur regula: quando idem predicatum inest duobus subiectis et nullis aliis: et illorum subiectorum alterum de altero vniuersaliter predicitur: et non econtra: illud predicatum erit conuertibile subiecto quod de altero predicitur / et non alteri. Si predicatum animal: subiecta duo homo et sensituum / et cetera. secundum hanc ergo regulam dicit. sit enim vt. A. omni. B. insit. et. B. insit vni ciuscorum subiectorum que sunt. D. sed in plus quam vnum quodque eorum ipsum igitur. B. vniuersaliter erit in ipsis. D. hoc autem dico vniuersale quod cum in plus sit: non tamen conuertitur. et id primum vniuersale cum quo vnumquodque non conuertitur: simul tamen omnia conuertuntur cum eo/ neque excedunt ipsum. ipsa igitur. D. causa est. B. et quod est. A. sensus est quod B. medium erit causa quod. B. insit subiectis. D. oportet igitur quod. A. in plus sit quam. B. ad pluram se extendere. hec ratio paulo inferius declarabitur in terminis specialibus. si vero non sit A. in plus quam. B. quid id est quare magis. B. erit causa ipsius. A. in illis subiectis. D. quam econtra: erit enim conuertibilis quod tamen est falsum. Et igitur etiam omnibus. E. subiectis

inest. A. erunt illa subiecta omnia vna aliquid id est conuenient in uno aliquo medio alio ab ipso. B. ergo. A. in plus est quam. B. quod si non detur aliud medium commune ad omnia. E. quomodo erit possibile nos dicere omnibus. E. inesse. A. et non econtra omni. A. inesse. E. hoc est dicere: quod non erit alio modo possibile nos asserere ipsa. E. inferiora esse ipsi. A. quod tamen verum est. propter quid enim erit ita bene causa aliqua quod. A. sit in omnibus. E. sicut est. B. causa quod idem A. sit in omnibus. D. quia equa videatur esse virtusque ratio. sit itaque hoc verum quod omnia que sunt. E. habent aliquid unum et commune medium sicut habebant ea que sunt. D. ergo considerare oportet illud commune ad omnia. E. et sit illud. L. quare possibile est eiusdem passionis plures diversasque esse causas: sed non eiusdem specie subiecta. i. non eiusdem rationis reb: sed diversari speciem atque rationem. Sed declaremus hoc in terminis specialibus scientie naturalis.

**C**on longe vite esse id est ponatur. A. passio hec. longe vite esse. et subiecta. D. sint quadrupedia quedam animalia/ ut elephas/ ceruus / et alia huiusmodi. causa et medium quare cis conuenit illa passio sit. B. non habere cholesterolam. ponatur et subiecta. E. esse quedam volatilia/ ut corvus/ cornix/ et alia huiusmodi que sunt longe vite. et medium. G. per quod eis illa passio. A. in est: sit ista esse in sua complectione/ aut aliqua alia causa. tunc manifestum est quod pro diuersitate subiectorum quibus conuenit longeua esse in vita sua: pura quadrupedum et avium: diversa erunt media probatius illius passionis et non idem medium. quare sequitur eiusdem effectus esse plures causas: et quod id cuius est causa / et id cui est causa / similiter ei ipsa causa non erunt conuertibiles. quia passio in plus se habet quam aliqua illarum causarum/ et

## Caput duodecimū de medio demonstrationis vniuersalit.

quam aliquid illorum subiectorū: quā-  
uis omnia simul subiecta et omnes si-  
mul cause cum passione cōmuni conuer-  
tibiliter se habeant. Unde constat cūs  
deī passionis duplīcem esse demon-  
strationem. alteram vniuersalem de suo  
proprio et adequato subiecto: et illius nō  
est nisi vna causa vel vnum medium cō-  
uertibile cum extremis. alteram quoq;  
esse demonstrationē particularem cūs  
deī passionis: scilicet de subiectis in-  
ferioribus: et si in eis fuerint aliqua plu-  
ra cūs passionis in aliquo vno: pro-  
illis poterit dari vna causa/ quare con-  
ueniat eis illa passio. et pro aliis plu-  
ribus in alia vna ratione conuenienti-  
bus: erit altera causa/ quare eis conve-  
niat illa passio. hoc denotat litera se-  
quens. si autem demonstrantes non  
statim venerint in subiectum passionis  
atomum idest indivisiū ab ea /imme-  
diatum / et conuertibile: non soli vni  
erit medium demonstrationis sed plu-  
ra/ et plures cause pro diuersitate sub-  
iectorum particularium. **C**Quamuis  
ista litera. si autem in atomum / et cetera.  
ab aliquibus ponatur esse princi-  
pium. questionis sequentis: que ad cō-  
plementum precedentis adiungitur ibi.

**V**trum autem est causa. alia  
litera habet: qualis autem causa. **E**n-  
autem questionis. cum plura sint media  
ad candem passionem: et vnum corum  
ad primum et vniuersale subiectum ge-  
nus pertinet: alia vero media appro-  
priantur specialibus subiectis: ut patet  
ex proximo dictis: dubium est quod il-  
lorum mediorum erit aptius ad demō-  
strandam passionem in singulis subie-  
ctis: an medium vniuersale: an specia-  
le seu particolare: hoc est quod ait. si  
autem demonstrator non statim a prin-  
cipio venerit in subiectum atomū quod  
est primum subiectum et adequatum: ut  
de eo demonstraret passionem illam ge-  
nericam: sed velit eam demonstrare de  
speciebus sub eo contentis: sic non erit  
solum vnu medium sed plura/plures  
cause pro diuersitate rationum specia-  
lium illorum subiectorū: est nunc que-  
stio. qualis est causa mediorum idest  
vtrum et quod illorum mediorū erit ma-  
gis aptum ad demonstrandā illam pas-  
sionem? vtrum causa sine mediis quod  
ad vniuersale et primum subiectum refe-  
tur: an illud quod ad singulare subiec-  
tum de numero singularium idest spe-  
cialium subiectorū accipiebat? Ad  
hoc respondet dicens manifestum est  
ex ratione demonstrationis propter qd  
et potissimum quod illud erit mediis aptius  
sive causa dices propter quid illius pas-  
sionis: que est proxima idest adequata  
et conuertibilis vnicuique subiecto cui est  
causa/ ut passio illa sibi insit. **S**ed si est:  
ad demonstrandum illam passionem  
de primo subiecto vniuersali: medium  
vniuersale erit causa: quia est ei proxi-  
ma idest propria et adequata. et ad de-  
monstrandum passionem de subiecto  
particulari: medium particulare ei pro  
proximū erit causa conclusionis. primum  
enim subiectum idest proximum et ade-  
quatū esse sub vniuersali idest subie-  
ctum illi passionis: que et vniuersale di-  
citur: causa est hec idest hoc medium si  
bi appropriati. ut verbi causa. sit primum  
subiectū passionis. **D**icit et mediis ei pro-  
ximū. **C**ad demonstrandi autē vniuersale.  
le mediū sit. **B**. ipsum autē vniuersale. **f**.  
passio sit. **A**. ergo vt. **A**. insit. **D**. causa est  
**C**. qd est mediis proximū. sed qd. **D**. pas-  
sio insit. **E**. causa est. **B**. et deniq; qd. **B**.  
insit. **B**. ipsum causa est: qd ei immedia-  
te insit. In terminis specialibus. **D**. pas-  
sio sit lōgeū esse. i. lōge vite et. **B**. mediis  
proximū sit carent colera. **C**. vero aliud  
mediū proximū sit cōplexio fīcca. **D**. sint  
volucres cornū/cornix et. **E**. tādem sint  
quadrupedia: vt cernū elephas et. ex di-  
ctis omnia clara sunt. **C**hacten⁹ de isto  
cap. quo pre omnibus alijs: que ego le-  
gerim in libris Aristotelis: stomachus  
meus cōmotus est in eum. nam cū ma-  
seria huius capitū de medio demonstra-

Secundi libri posteriorum:  
te absolvitur: quod est in ordine  
decimuntertium & finale.

tonis vniuersalitatis et potissime: eadem  
sit que et in capi. quinto et decimo quar-  
to primi libri huius: scilicet de vero vni-  
uersali / et de demonstratione propter  
quid: nescio quare Aristotleles tot que-  
stionum inuolucris/ totq; ambagibus  
rem notissimam atq; certissimam obscura-  
nit vocabulis ambiguis. nisi forte quia  
apud veteres iste questiones reputa-  
bantur difficiles: et ipse in calce huic  
sue doctrine analytice voluit ostendere  
cas esse absolutas ex supradictis ab eo  
in his duobus libris suorū posteriorū.  
**C**ononit in fine epilogus totū analytice  
doctrine: id est tam priorū quam  
posteriorū ibi.

**C** De sillogismo quidem igno-  
tur: scilicet in libris priorum: et de de-  
monstratione in libris posteriorum: ma-  
nifestum est: et sufficienter declaratum  
quid sit vnumquodque eorum: et quo-  
modo sit idest ex quibus et qualibus  
principijs tam materialibus quam for-  
malibus debeat fieri: similiter ex dictis  
est declaratum quid sit scientia demon-  
strativa: scilicet docens. idem enim est  
demonstratio et scientiam demon-  
strativam docere.

### Questiones idonee.

**C**irca istud capitulum tot esse pos-  
sent questiones apte: quot ipse Aristotleles  
in litera dubia proposuit. sed ea-  
rum due sunt aliarum primarie. Attra-  
eiusdem passionis possunt esse plura me-  
dia causalia et propter quid. Et utrum  
medium demonstrationis potissime sit  
diffinitio subiecti: an potius diffinitio  
passionis.

**C** Tractatus quintus de no-  
titia primorū principiorū dem-  
onstrationis & scientie: qualiter  
sit acquirenda. hoc vniico capi-



E principijs au-  
tem qualiter et cete-  
ra. Quānis in pre-  
cedenti epilogō vi-  
sus sit Aristotleles si-  
nem imposuisse suis  
posterioribus: tamē  
adhuc addere voluit quedā notatu di-  
gnissima de notitia primorū principiorū  
in qualibet scientia: hoc est de princi-  
pijs proprijs que dicuntur suppositio-  
nes aut petitiones: de quibus minus  
exakte egerat in capite decimotertio pri-  
mi libri huius. Habet autem hoc ca-  
pitulum tres breves partes: prima pro-  
ponit quādam questiones. secunda ibi:  
necessē est: adhibet aptas responsio-  
nes. tertia ibi: quoniam autem: specia-  
lius inquirit habitum principiorū qui  
dicitur intellectus. Exordiens ergo pro-  
ponit suam intentionem: de principijs  
inquit proprijs scientiarum qualiter fi-  
unt nobis cognita: id est quomodo ac-  
quiritur in nobis principiorum cognitio  
in qualibet scientia: et quia aut qualis  
est ille habitus id est illa notitia cognos-  
cens id est qua principia cognoscimus:  
hinc id est ex hoc capitulo fieri manife-  
stum: dubitabitibus id est dubitando et  
inquirendo procedentibus nobis pri-  
mum id est a principio: et postea verita-  
tem determinantibus. Et quod hoc in-  
quirere sit necessarium: patet quia se-  
pissime dictum est prius in his posterio-  
ribus: quod non contingit id est non est  
possibile sciēre aliquid per demon-  
strationem: non prius cognoscētem id est  
eum qui prius non cognoverit: prima  
atq; immediata principia: et precipue  
hoc dictum est in primo libro huius ca-  
pite secundo: capite tertio: capite deci-  
mo quinto: et capite decimo octavo: scilicet  
quod oportet in scientiis fieri res.

## Caput decimū tertīū de cognitionē primorū principiorū.

sutionem demonstrationum vñq; ad pri-  
ma principia immediata: que oportet  
prius esse a nobis cognita: quam acqui-  
ramus scientiam de conclusionibus: er-  
go si illa principia non possint demon-  
stratione probari: opus est vt inquiram  
us: qualiter sicut nobis cognita: et quo  
nomine vocari debet eorum cognitione:  
quando adepta fuerit in nobis? Mo-  
uet ergo Aristoteles tres questio[n]es ibi.

**C** Immediatorum autem: Pri-  
ma questio est. vitrum propositionū im-  
mediatarum et propositionū mediatarum:  
de quibus est demonstratio: sit ea  
dem cognitione/aut non eadem: et vt cla-  
rius loquar addo secundā questionem.  
Utrum scientia vitruis: scilicet generis  
propositionum cognitione sit scientia: aut  
non? an potius huius quidem generis  
idest mediatarum propositionū cogni-  
tio sit scientia: illius autem idest imme-  
diatarum cognitione alterum aliquod ge-  
nus notitiae sit/et non scientia. Tertia  
questio. et vitrum habitus principiorum.  
cum non insint nobis a natura: sicut. i.  
generentur de nouo: an forte cum in-  
sint nobis a natura: lateant nos: ita  
quod nesciamus nos eos habere: qua-  
si dicat: vitraq; pars huius tertie questi-  
onis est difficultas. Si quidem igitur ha-  
bemus: si dicatur quod habemus ipsos  
habitus principiorū a natura insitos et  
latent nos: inconveniens est hoc dice-  
re. quia inde sequitur vnum valde ab-  
surdum: scilicet quod contingenter habe-  
tem cognitiones certiores omni demonstra-  
tione: quales sunt habitus principiorū:  
et latere eum. inesse se habere il-  
las: quod tamen non contingit in eo qui  
habet notitias acquisitas per demon-  
strationes: quia non latent eum. Si au-  
tem accipiamus idest si dicamus quod  
accipimus idest acquirimus de nouo  
habitus principiorum: non habentes  
eos prius idest cum prius eos non ha-  
beremus: etiam videtur absurdus: qua-  
liter vñq; cognoscimus de nouo: et pro-

idest addiscimus aliquid ex non preci-  
stanti cognitione? hoc enim est impos-  
sibile: sicut diximus in demonstratione  
idest in principio huius doctrine demo-  
stratiue. quod autem hec se quatur no-  
tissimum est: quia habitus principiorū  
est prima omnium notitiarum: ergo il-  
la nō sit ex preexistente cognitione. Ma-  
nifestum igitur est ex predictis rationi-  
bus: quoniam neq; possibile est nos ha-  
bere a natura insitos habitus principio-  
rum: ignorantibus nobis: idest et quod  
ignoremus nos eos habere: neq; est  
possibile nobis nullum alium priorem  
habitum idest notitiam habentibus sic  
ri de nouo habitus principiorum in no-  
bis. **C** Adverte quod posset qui vellet:  
non irrationaliter opinari hoc capitu-  
lum non pertinere ad libros posterio-  
rum: sed esse per se opusculum Aristote-  
li: quo disputare voluit de notitia pri-  
ncipiorum scientificorum: que non sunt  
ex terminis nota: neq; sunt diffinitiones  
aut divisiones terminorum scientiarum.  
et forte hoc fuit excerptum ex principio  
vel prohemio metaphysice. huic dia-  
cti probabilitas ex duobus accipitur.  
tum quia in fine capituli precedentis fe-  
cit epilogum totius doctrine analytice.  
tum etiam quia in hoc loco citans pri-  
mam propositionem suorum posteriorum  
dicit: sicut in demonstratione diti-  
mus: quass liber de demonstratione es-  
set aliis ab isto epusculo.

## Secunda pars huius cap.

**C** Necesse est itaq; &c. Ad pre-  
dictas questio[n]es responsum Aristoteles  
solam tertiam expresse determina-  
vit in hac secunda parte: nam ea ab-  
soluta due priores solute erunt et mani-  
feste. tertiam vero hoc ordine determi-  
nat. primo enim ad argumēta pro vitraq;  
eius parte facta respondet: et postea  
ad questionem ipsam directe. Quere-  
bant enim argumenta vitrum habitus  
principiorum insint nobis a natura: an:

Secundi libri posteriorum.

Cos ex alijs priorib<sup>9</sup> aggenerem<sup>9</sup> in nobis: responsio sua est quod neq<sup>z</sup> insitunt a natura / neq<sup>z</sup> ab alijs notioribus habitibus intellectui pariuntur in nobis: sed ex notitia sensituum praeexistente/ eū intellectus naturali lumine fieri possunt de nouo. ideo sit quod necesse est itaq<sup>z</sup> ad habendam notitiam primo - rum principiorum esse in nobis quan- dam potentiam cognitivam instram a natura: tamen non huiusmodi idest ta lem quod eius notitia in certitudine sit honorabilior atq<sup>z</sup> prestantior his: scili- cet principiis habitibus: sed quod ei<sup>9</sup> admixtculo intellectus: qui est altior po- tentia: incognitionem certissimam prin- cipiorum deueniat. Quod autem hec po- tentia insit nobis a natura probat ibi.

**C**videtur autem hec potentia omnibus animalibus inesse a natura. omnia enim animalia habent conatu- ralem sibi potentiam iudicatiua*m*. cono- scituam rerum: quam sapientes vocant sensum. homines ergo a natura insitā habent potentiam sensituum:qua exte- riora obiecta cognoscant. Verum quā- uis omnibus animalibus insit sensus: est inter ea hec differentia: in his qui- dem idest in quibusdam eorū post sen- sationem sit mansio sensibilis: in alijs autem non sit. idest quedam animalia post sensationem sensitū exteriorem reseruant notitiam in se manetem: alia vero non reseruant/ sed statim evanes- cit ab eis. in quibuscumq<sup>z</sup> quidem igi- tur non sit mansio sensibilis aut omni- no idest nullo modo/ aut circa quedam obiecta: in eis non est aliqua cognitio ultra id quod sentiunt idest preter sen- tituam exteriorem: aut omnino idest penitus nulla/ et hec sunt quedam ani- malia imperfecta ut ostree / vermes / musce / et alia id genus aut circa que- dam obiecta etiam animalia perfecta non reseruant aliquid in memoria. In quibus autem animalibus sentienti- bus insit mansio sensibilis: est idest co-

uenit eis habere preter sensum exteris rem: vniq<sup>z</sup> quiddam in anima idest quā- dam aliam potentiam sensituum inte- riorem: quam memoriam vocant: et in ea reseruantur mansiones sensibiles: que dicuntur phantasmatā idest simu- lacra rerum exteri<sup>9</sup>. et hec sunt animalia pfectiora. vt pisces/ aues/ bestie quadrupedes terre/ et homines. Quamuis et horum animantium Aristoteles in prohemio metaphysice cir- ca principium: faciat aliam differen- tiā: scilicet quod eorum quedam sunt disciplinabiliā idest docibilis ab homi- nibus: scilicet que habent sensum an- ditus: alia vero non sunt disciplinabiliā: quia auditu carent qui est sensus discipline. Item est alia differentia: vt ibidē dicitur. nam animalia bruta que et bestie sensationibus et memoriis vi- uunt: et experimenti pars participant idest vix experimentum attingunt: ho- minimum autem genus post experimen- ti perfectionem adhuc arte et rationis- bus viuit. Has vero duas differentias animalium paucis verbis explicans in hoc loco Aristoteles subdit.

**C**Multis quidem igitur: scilicet animalibus factis idest existētibus hu- iusmodi: scilicet in quibus preter sen- sum exteriorem est memoria interior: iam differentia quedam sit inter ea: vt in his idest in quibusdam eorum: scilicet in animalibus perfectis est idest cō- tingit quandā fieri rationem idest con- ceptionem cōmūnem ex talium sensibi- lium particularium memoria: in alijs autem scilicet minus perfectis non sit ratio cōmūnis: sed tantum memoria sin- gularis unius cuiusq<sup>z</sup> eorum que per sensus exteiiores percepta sunt. Quare predictam inductionem colligēs ait.

**C**Ex sensu igitur: scilicet exte- riore a natura insito: sit in animalibus perfectis maxime in hominibus memo- ria interior: sicut dixim<sup>9</sup>. i. ex sensatione

## Caput decimūtertium de cognitione principiorum.

exterior causatur in nobis sensatio interior: que quis reseruatur / et manet in absentia obiecti: dicitur memoria. ex memoria autem eiusdem rei/vel rerum eiusdem speciei multoties facta fit in nobis experimentum. quia multe memorie in numero idest particulares reseruare est causaliter unum experimentum: idest causaliter unum experimentum ex multis memoris. Quid autem sit experimentum: non omnes docti similiiter dicunt. mihi autem videtur quod sit mens Aristotelis experimentum dicere cognitionem vniuersalem de multis rebus eiusdem speciei specialissime: et quia bruta animalia vix possunt formare huiusmodi notitiam: ideo in prohemio methaphysice dixit quod experimen-  
ti parum participari idest vix attingunt ad illud. huic etiam sententie alludit quod hic sequitur. ex experimento autem / aut ex omni quiescente vniuersali in anima: idest ex vniuersali notitia reseruata in anima nostra: vno scilicet preter multa singularia phantasmata: fit postea in nobis id quod est principium artis et scientie: scilicet vniuersale: cum in omnibus particularibus sit vnum illud idem idest verificatur vni-  
noce de omnibus eis. dixi notitia pri-  
cipium artis vel scientie: si quidem il-  
lud vniuersale principium enunciet cir-  
ca generationem idest factionem al-  
iquorum operum: est principium artis scilicet mechanice: vt artis fabrilis/aut  
militaris/ et cetera. si vero illud princi-  
pium vniuersale enunciet circa re-  
rum idest circa naturas rerum a deo  
vel a caustis naturalibus productas: erit  
principium scientie: scilicet speculati-  
ue. Ergo argumenta ad utramque par-  
tem tertie questionis facta: ex dictis ap-  
parent soluta. nec igitur inquit Ari-  
stoteles loquens de notitia principiorum:  
determinata natura insunt nobis ha-  
bitus principiorum: vt prima ratio be-  
ne probans: nec ab alijs habitibus in-  
tellectuis prioribus et notioribus sunt

idest generantur in nobis de novo: vt  
secunda ratio etiam bene concludebat:  
sed sunt habitus principiorum in no-  
bis a sensu idest sensitiva notitia prexi-  
stante. Ergo solutio vera est quod ar-  
gumentum procedebat ab insufficienti  
inquisitione. concessio enim quod neu-  
tro illozum modorum sicut in nobis ha-  
bitus principiorum: est dabilis alius  
modus bene possibilis: scilicet quod si  
unit in nobis de novo ex preexistenti co-  
gnitione sensitiva incomplexa: non au-  
tem ex preexistenti complexa: quia in-  
ter notitias complexas habitus princi-  
piorum primum locum tenent. Ad-  
vertendum hic quod Aristoteles meo  
iudicio: duplice ponit notitiam com-  
munem: post sensitivam singularem si-  
ue exteriorum sive interiorum: quam vo-  
cat memoriam: altera earum est com-  
munis specifica solum: et hanc appelle-  
lat experimentum: vt quod reubarba-  
rum purgat cholera/ sinapis flegmat-  
et cetera. hec enim notitia experimen-  
talis non est huius vel illius rei determinata: sed est communis et confusa om-  
nium eorum que sunt eiusdem speciei  
specialissime. et de hac loquens dixit:  
quod fit ex multis memoris idest no-  
titia sensitiva reseruatis multarum re-  
rum eiusdem nature fit vni experimenti. i.  
vna notitia communis qua cognoscitur  
etiam particularia non sensata. Altera est  
notitia communis generica: qd ex multis  
experimentis generatur in nobis: et ex-  
tendit se ad res multarum specierum et  
non vni speciei solum: vt quod omni-  
res res naturales est mobilis. et hec se-  
cunda non prima est principium artis  
vel scientie. hoc expresse dicitur in pro-  
hemio methaphysice. ex multis inquit  
sensationibus fit vna memoria/ ex mul-  
tis memoris vnum experimentum/ et ex  
multis experimentis fit vni vniuersale  
in anima qd est principii artis et scientie.  
Aliquam enim vni scientie totalis princi-  
pia sunt constituta ex terminis specialissi-  
mis; sed semper ex genericis. immovit ali-

Egre  
gitu no-  
tabile.

## Secundi libri posteriorum.

qua scientia descendit usq; ad species specialissimas: hec mihi videtur mens Aristoteles salvo semper meliori iudicio.  
**C**Ex premissis itaq; ad tertiam questionem facilis erit responsio: quod primo rum principioru cognitio sit in nobis per inductionem a multis singularib;. hoc est per viam sensus/memorie/ et experientie: quod etiam dictum est supra capite decimo septimo primi libri huius in quarta parte, et huic modo cognoscendi nobis naturalissimum innititur scientie cuiuslibet acquirende artificium, quia tota scientia pendet ex principiis et principiis ex inductione seu experientia . Hoc intendens Aristoteles ait.

**C**Vt i machine aut pugne euerione sive dissipatione contingere solet, idest quemadmodum in bellico exercitu prius dissoluto: hoc fieri solet. quod vno milite stante idest permanente in fuga aliorum: alter ad exemplum illius stetit: et postea aliis: et ita de multis alijs: quo usq; ex eis coaceruatis in principium pugne sufficiens veniant: ita sit in anima nostra inducitio ex multis singularibus quo usq; colligatur vni principiis artis vel scientie. anima enim nostra cum sit huiusmodi idest talis nature: qualis possit pati hec idest recipere multorum singularium cognitiones: et ex illis unam communem colligere: sive optime proportionatam collectionem exercitus predicit ex multis comilitonibus, vel forte melius hec litera posset sic intelligi, quod hec analogia de collectione exercitus ad animam: est bona quando anima fuerit huiusmodi: vt possit hec pari/ et facere, qualis est anima hominis/ non autem anima bruti animalis: que vt diximus non potest ex sensationibus singularibus colligere vniuersalem notitiam sive generica sive specificam. Uerum quia quod dictum est ante id est paulo superius: non certe, i. non satis clare dictum est: ideo dicamus illud iterum declarantes ma-

gis, cōmemorat enim quod supra dixerat: ex experientia aut ex omnī quiescente vniuersali in anima uno praecepulta: quod (cum in omnibus vnum sit illud idem) est artis principium et scientie tē. hoc dicit remansisse obscurum / et non satis clarum: ideo magis declarans subdit. stante enim uno: sci-licet cōmuni conceptu incompleto indifferentiū idest rerum eiusdem specieis: collecto ex multis singularibus in memoria reseruatis: primum quidem in anima vniuersale est ille conceptus incomplexus, et namq; sentire quidem idest actus sentiendi exterior singularē est idest obiecti singularis cognitionis singularis. sensus autē idest potentia ipsa vniuersalis est idest cōmuni et indiffe-rens ad multa obiecta eiusdem specieis. vt verbi causa, in substantia que est sensibile per accidens: sensus est perceptus hominis indifferenter: non autem Callidus hominis determinate, et in accidentibus que sunt sensibilia perse. vt visus est coloris indifferenter non huius aut illius coloris: sed videre est determinate huius coloris vel illius, et sic de alijs sensibus et sensibilibus tam per se quam per accidens. si ergo sensus exterior habet ex se quandam cōmunitatem ad multa eiusdem rationis: nimirum si hoc etiam sit verum de sensu interiori: et multo verius de ipso intellectu qui est altior potentia: scilicet quod possit ex multis sensationibus et memoriis rerum eiusdem speciei elicere unā cōmuni notitiam eis omnibus que dicitur experimentum et primum vniuersale. Et iterum in his idest speciebus iam collectis a singularibus: statur considerando eis aliquid cōmune: et elicendo conceptum genericum eis cōmuni, quo usq; utiq; stent imparabilis et vniuersalia idest cōceptus genericus qui sunt idem omnibus speciebus, vt huiusmodi animali, i. huius speciei animalis et illius: quo usq; veniatur ad animal cōceptū vniū/ et cōmuni omnib; specie-

## Caput decimū tertīū de cognitionē primorū principiorū.

bus suis, et in hoc animalis conceptu similiter procedimus. quia ex animali et planta elicimus cōceptum alium genericum eis cōmūnem, et sic consequenter quoq[ue]s veniatur ad vnum p[ri]mū et simplicissimum conceptum in quo iam mens sifat et quiescat. ex istis vero conceptibus vniuersalibus genericis sunt complexa vniuersalia que dicuntur prima scientiarum principia. Manifestum igitur est ex predictis: quoniam necessarium est nobis prima principia cognoscere inductione: scilicet a singularibus colligendo. et namq[ue] sensus qui est singularium sic id est modo predicto facit nos venire in vniuersale.

## Tertia pars huius cap.

### Quoniam autem circa &c.

Ex dictis etiam facile erit respondere ad duas primas questio[n]es: q[uod] de qualitate notitiae principiorum querebant. et q[uod] talis esset illorum notitia. et vult probare Aristoteles: quod non est scientiam sed intellectus. ad probandum hoc premisit quandam habitus distinctionem dicens: quoniam autem eos qui sunt circa intelligentiam habitus) id est de numero habituum intellectualium: quibus verum id est veritatem rerum dicimus: alijs id est quidam eorum semper veri sunt: ita quod per eos nunquam decipiunt sed semper veritatem cognoscimus: alijs autem quāuis sint veri: nō tamē semper veri: sed aliquando recipiunt falsitatem: vi opinio et ratio: scilicet dialectica: que procedit ex probabilibus: et vera et falsa esse possunt. veri autem habitus semper sunt intellectus et scientia. large accipiendo scientiam etiam pro sapientia/arte et prudencia. Ex hac distinctione elicere possumus quod habitus principiorum: non erit recipiens falsitatem: sed semper verus. quare erit intellectus vel scientia. ergo si probauerimus ipsum non esse scientiam: confessum erit ipsum esse in-

tellec[t]um. quod autem habens principiorum non sit scientia: probat Aristoteles duabus rationibus. Prima ibi.

**C** Et nihil est scientia certius ac dignius nisi intellectus: sed habitus principiorum est certior et dignior scientia. probatur quia ex diffinitione demonstrationis: principia demonstrationis sunt priora et notiora ipsa conclusiones scientia autem omnis est notitia conclusionis cum ratione: id est probate ratione: ergo notitia principiorum non utiq[ue] erit scientia. quia principia non probantur ratione demonstrativa. erit ergo notitia illa certior ac verior scientia: et nihil est verius scientia nisi intellectus sequitur ergo quod intellectus utiq[ue] erit habitus principiorum. Secunda ratio ibi.

**C** Ex his que diximus considerantibus nobis apparet: quod principium demonstrationis non est demonstratio: sicut nec scientie scientia est principium: sed alia verior et certior notitia. si igitur nullus aliud genus habitus preter scientiam habemus verum semper: nisi intellectum: accipiendo ut diximus nomen scientie large: manifeste sequitur quod intellectus utiq[ue] erit scientie principium: quare intellectus erit principium principijs id est habitus principiorum demonstrationis per quam acquiritur scientia. Hoc autem non solle est verum in una demonstratione: aut solum in una scientia: sed similiter se habet ad omnē rem scibilem id est in omnibus scientijs: scilicet quod intellectus habitus principiorum sit principijs scientie habitus conclusionis. sicut et premisse demonstrationis sunt principia respectu conclusionis. Sensus est. sicut principium se habet ad conclusionem: ita notitia principij se habet ad notitiam conclusionis. et sic intellectus erit principijs scientie: cum sit principium principijs. et habitus principij scientie. Si apulensis aliter hoc intellexit dicens. sic autem

## Secundi libri posteriorum.

omnis scientia se habet ad omne quod scitur id est ad conclusionem: sicut habitus principiorum: qui est intellectus: se haber ad principia. ergo permutando. sicut se habent principia ad conclusionem: ita intellectus ad scientiam: scilicet quod erit scientie principium. Ante qui tamen expositores hanc ultimam literam ita intelligent dicentes. hoc autem: scilicet quod dictum est in his duobus libris posteriorum: similiter se habet ad omnem rem sciibilem. quia est doctrina vniuersalis / et vera in omnibus scientiis: et in omnibus eis similiiter se habet. Verum prior declaratio aptior est: maxime tenendo quod hoc capitulum non sit pars libri posteriorum: sed opusculum ab eo diversum. Rediendo ergo ad propositum dicamus: quod ex dictis in hac tercia parte habentur clare responsones ad primas duas questiones huic capituli: quia non est idem habitus id est notitia eiusdem speciei. notitia propositionum mediatarum et immediatarum. neque scientia est notitia trius generis dictarum propositionum: sed scientia est cognitio solum medietarum: immidiatarum autem est aliud genus notiticie longe dignius / ac prestantius scientia: que ab ipsa potentia nomine sortita: intellectus dicitur. quod sit prima omnium notiticiarum complexarum quas intellectus format. quemadmodum etiam noster Aristoteles in ethicis: primum actum voluntatis: scilicet qui est ad primum eius obiectum: voluntatem appellauit: ab ipsa potentia: quia primum voluntatis obiectum est ultimus finis humanae vite. et ille est deus benedictus in secula.

## Questiones idonee.

Circa hoc ultimum caput due sunt questiones esse videntur maxime apte: scilicet virtutum primum principia demonstrationum et scientiarum sint nobis nota a naturae vel potius ex nostra investigatione insit nobis eorum notitia. Et virtutum intellectus habitus principiorum est notitia certior / ac dignior scientia que est habitus conclusionum.

## Doctrinæ Analyticæ Aristoteles finis.

Excusum est hoc preclarum opus in libros Posteriorum: Compluti in Actibus Michaelis de Eguia.

Mense Decembri.

Año, 1529.



